

CLASSIS XVII.

CRUSTACEÆ.

ALGÆ LINN. pleraeque.

LICHEN a) MICHELI p. 73. LINN. n. 1202.

In universum commune est huic naturali classi, non vera habere folia, utriculis facta & celluloso habitu, sed crustas expansas, magis similares, varias eisdem, plerumque siccias, coriaceas, aut fragiles, tamen etiam gelatinosas. Neque licet species istas separare, quæ toto habitu siccorum Lichenum sint simillimæ, cum & isti per pluvias intumescant, mollescant, & ad naturam gelatinosam proprius accendant. Porro sunt, in quibus crista perobscura, aut nulla est, meræque glebæ, aut teretia fila, quas tamen a veris scutelliferis Lichenibus pariter teretibus & fruticosis nequeas separare.

Florum loco seminumve duplex genus adest corpusculorum b). Fungosum c) primum, subcarneum, vel in ovatas planas scutellas depresso, vel in spongiosa tubercula, in universum subrotunda, vel in perfectas demum spheras. Verum dantur etiam Lichenes, in quibus ægre scutellas ostendas, cum crista lichenosa adsit. Alterum genus durius est, siccum, scobiforme d), in acervos collectum. Hæc semina dicit MICHELIUS, & LINNÆUS, & ille quidem eo constantius, quod germinasse viderit e): idem priores illos fungulos florum receptacula vocat. Ejusmodi semina & cum scutellis reperiuntur, & in aliis speciebus, quæ scutellas non proferunt.

Plura genera DILLENIUS fecit; LINNÆUS unicum. Commodius prior, sed iste, ni fallor, proprius ad naturæ nutum. Corniculati enim Lichenes, cavi, polline pleni, indiviso nexu cum coralloideis cohærent, cornubus bifidis & subdivisis f): inde cum pyxidatis Lichenibus, quando mucro cornuum intumescit, deprimitur g), inque cavum infundibulum mutatur. Idem pyxidarii de summo margine ramos educunt ramosos, ut cum Coralloideis coeant h). Isti cum Usneis figura ramosa consentiunt, & eadem Usneæ scutellatis Lichenibus proximæ sunt. Isti & pulmonarii reperiuntur foliis planis ramosis, & aliis foliis gelatinosis, & duris, & demum crustæ potius glebosæ, quam foliis scutellæ insident. Ab ipsis meræ crustæ informium glebarum proxime absunt, quæ cum Byssis fere continuantur, ut gelatinosi Lichenes cum genere fungino.

ORDO I.

CORNICULATI.

Hos cum scyphigeris, & cum fruticosis uno nomine DILLENIUS comprehendit, & Coralloide vocat, recte haec tenus, quod cornuti & in scyphigeros degenerent, etiam ex eadem crista, & in Coralloide. Neque obscura est suspicio, plerasque plantas, quas ad n. 1950. usque enarrabo, ejusdem plantæ esse varietates, quæ prima ætate cornua de crista efferat, inde in Scyphos, & in Coralloides degeneret, variis demum fungosis tumoribus, colore, situ & magnitudine diversis ludat. Consentit mecum Cl. BUXBAUM & omnes Coralloideos i). Lichenes ex unico pyxidato nasci Cl. SCOPOLI k). Fungi his adultis convexi, & rotundi, adnascentur.

1902. LICHEN cornubus simplicissimis, acutis, farinosis.

Lichen ex albo subcinereus, proboscideus & corniculatus, minor, ut plurimam non ramosus,
MICHELI ord. VII. p. 81. n. 14.

Coralloides scyphiforme cornutum DILLEN. *Sylv. Musc.* p. 92. t. 15. f. 16. varietas e).

Vulgo in arborum putrescente cortice, inque terra. Crusta foliacea, Marfileis adfinis, plana, ramosa, indeterminata, obtusis terminis, saepe imbricata, ut crista crista incubat, superne viridis, inferne alba, crebris radiculis capillata, coriacea, tenax. Ex ea crista, velamento superiori frondis in sublime educto, cornicula sur-

gunt,

a) Lichenis genus totum petris adhæret, uti Muscus
PLIN. L. XXVI. n. 10.

e) p. 74.

f) vide MICHELI t. 41.

b) MICHELI l. c. & t. 52. F.

g) ibid.

c) LINN.

h) MICHELI t. 41. f. 2. 3.

d) L. a.

i) Cent. II. plant. rar. p. 13.

k) p. 95.

LICHEN. I. CORNICULATUS.

71

gunt, lente conica, acuminata, fuscuncialia, intus cava, extus alba & farinosa. In corniculis puncta aliqua, initia ferrarum scutellæ vidi, tum ramulos perbieves, & fungulos.

8. Elegantem varietatem versus Zweylütschinæ, in subalpinis reperi, in qua & crusta, & cornua, pulchre sulfurei coloris erant.

1903. LICHEN cornubus subramosis acutis, farinosis.

Muscus fistularis major GREW. p. 237.

Lichen fistulosus corniculatus BARRELIER. ic. 1286. § 1277. f. 1.

Lichen corniculatus fistulosus candidus BOCCONE p. 149.

Lichen pyxidatus cornu simplici RUPP. flor. Ienens. edit. 1726. p. 299. qui vir Cl. certe vidit, a pyxidato non differre.

Lichen cinereus proboscideus & *corniculatus*, ut plurimum non ramosus MICHEL. p. 81.

Coralloides vix ramosum, scyphis obscuris DILLEN. Sylv. p. 90. t. 15. f. 14. varietas 8.

Lichen scyphifer, simpliciusculus, subventricosus, calycibus integris LINN. p. 1610.

A priori statura differt, quæ multo altior est, & amplior crusta, & cujus cornua saepè clavæ similitudinem referunt, ut in medio crassiora sint.

8. *Lichen tubidatus*, nivei fere candoris, apicibus recurvis acutis SCHEUCHZER. It. II. p. 137.

Lichen tubulosus, &c. MICHEL. p. 81. n. 17.

In Flims, Speluga, Prapioz, Enzeindaz, & aliis alpibus.

Cum priori consentit, uncialis, biuncialis, plerumque simplicibus corniculis, tamen & ramosus & palmatus, cavus, tectus polline niveo.

1904. LICHEN corniculo simplici, maximo, levi.

Lichen corniculatus omnium maximus SHERARD. apud RAJ. Synops. p. 68.

Lichen caule simplici, apice acuto, aut calyce turbinato terminato LINN. Flor. Lapon. n. 433. t. 11. f. 5.

Subalpinus, aucte Plans: circa Interlachen.

Variat, alias viridis & levis, polline concolore, alias obscuri coloris & glaber: semper maximus, ad quatuor uncias altus. Degenerat in pyxides, in cornua ramosa, in scyphos proliferos.

1905. LICHEN corniculo simplici, duro, subaspero.

Lichen tubulosus, verrucosus, ex obscuro virore flavescens MICHELI p. 81. n. 16. SCHEUCHZER. It. II. p. 136.

In sylvis alpinis, ut Javernaz, d'Arbignon, Enzeindaz, Pilato, Gamor.

Hic durus est & asper, corniculis simplicibus, non adeo in scyphos, sed in ramosa potius cornua degenerantibus, et si etiam scyphos vidi graciles. Color ei olivaceus est.

*1906. LICHEN corniculo simplici, verrucis obsoito.

In sylvis circa Bernam v. gr. Kobholz.

Adfinis Licheni 1903, corniculatus & cylindricus, sed totus verrucis duris, fuscis, simplicibus & racemosis tectus.

*1907. LICHEN corniculo simplici, obtuso.

Coralloides scyphiforme, ovis femoris facie DILLEN. p. 91. t. 15. n. 15.

Ex alpinis habeo.

Mea exempla sunt adfinia Lichenis 1903. sed crassa, cylindrica, etiam reticulata & formosanibus pertusa. In apice crassior, difformem scyphum parumque depresso meditatur.

*1908. LICHEN corniculo simplici, apice depresso, scutellato.

Coralloides scyphis gracilibus, tubiformibus, pedicularis folio DILLEN. p. 85. t. 14. f. 10.

Crusta Lichenis pyxidati. Cornua, ut in 1902. sed intermiscentur alia, in quibus omnino scyphus est, sed perexiguus, & parum depresso.

*1909. LICHEN corniculis acute bifidis, pyxidibus imperfectis & dimidiatis.

1910. LICHEN corniculo subramoso, fungifero.

Lichen albus, proboscideus & *corniculatus*, plerumque non ramosus, *proboscidum oris coccineis* MICHELI p. 87. n. 12.

Varietas Lichenis 19. t. 15. A. B. DILLENII. Montanus, ex *Ferrieres*.

Exiguus, ad 1903. pertinet, absque scyphis, sed corniculo breviter bifido, aut in paucos ramos fiso, cuius apex ruberrimo, fungoso, tumore incrustatur, etiam racemo perpulchro fungorum coccineorum.

1911. LICHEN corniculatus spadiceus, scyphis cylindricis.

Crusta spadicea, pyxides spadiceæ, tamen polline adspersæ, parum sæpe cavæ, & pene cylindricæ, profunde dentatae. Dantur etiam proliferæ.

1912. LICHEN scypho infundibuliformi simplici.

a. *Lichen pyxidatus minor* VAILLANT. p. 115. t. 21. f. 6. MICHEL. t. II. non vero nomen.
Muscus pyxioides saxatilis C. B. Prodr. p. 192.

b. *Lichen pyxidatus* GREW. t. 237. major I. R. H. VAILLANT. l. c. f. 8. MICHELI p. 82. non men, non vero icon.

a. b. *Coralloides scyphiforme* (tuberculis fuscis) DILLEN. p. 79. t. 14. f. 6. A. B.
Lichen scyphiforme simplex, crenulatus, tuberculatus LINN. p. 1619.

Vulgatissimus in terra humida, arborum truncis & petris, etiam alpinis.

Huic evidentissima crusta est ramosa, inferne nivea. Corniculum intumescit in sursum patens infundibulum, margine simplici, & teneris denticulis ferrato: polline cæterum molli & albo obducitur, ut *Lichen* 1903. b. Varietas b. etiam biuncialis reperitur. Tubercula fusca a nostro absunt.

Ad tuſſim convulsivam infantum *l*) laudatur; & adstringit. An *Calycaria* *m*) in querubus, qua ad odores utuntur? Nostris ignoratur.

1913. LICHEN scyphifer, infundibulo verrucoso.

Lichen pyxidatus major, rugosus VAILLANT. t. 21. f. 7. non bene, si noster est.

Mucofungus pyxidatus, muralis major & *rugosus* HIST. OXON. III. p. 632.

An varietates Lichenis 9. DILLENII.

Passim satis frequens.

Ex majoribus est, scyphis femuncem latis, intus albicantibus verrucis obſitīs, quæ ita demum ab ætate crescunt, ut intus & extus Lichenem obducant. Crusta foliosa durior.

1914. LICHEN scyphiger, verrucis racemosis.

Lichen tubulatus albus, ut plurimum non ramosus, receptaculis florum eleganter rufis, criffis & confertis MICHELI p. 83. n. 4.

Inter varietates Lichenis 9. DILLENII.

Ex minoribus exemplis *pyxidati* nascitur.

Circa suprema acetabula nascuntur agmina verrucarum duriſcularum subrubella, ut haec tenus Bräſilicæ cauliſloræ aliqua imago inde coaceretur. In iis verrucis, lentiſ vi- treæ auxilio, puncta ex atro rubra frequentia conficiuntur, rudimenta quaſi recep- taculorum florū, ut MICHELIUS vocat, qualia in Lichenibus coralloideis confi- ciuntur.

1915. LICHEN scyphiger, infundibulis ferratis.

Lichen scyphiger simplex, denticulatus, stipite cylindrico. LINN. p. 1615.

* *Albiflumus* sive, frequentibus scyphis, per marginem profunde ferratis, dentibus trian- gularibus, ad antiquæ coronæ similitudinem.

*1916. LICHEN scyphiger, infundibulis ferratis, coronatis.

Lichen non ramosus, acetabulis funbriatis MICHELI p. 85. t. 41. f. 5.

Coralloides scyphiforme gracile, marginibus ferratis DILLEN. p. 84. t. 14. f. 8.

Priori satis adfinis: sed in coronæ dentibus globuli sessiles, aut petiolati, ut totus scyphus coronam *Comitis* exprimat.

*1917. LICHEN pyxidatus amplissimus, infundibulo inciso, crenato.

Muscus cornucopioides alpinus, saxatilis BOCCONE *Mus. di Piant.* II. p. 21. in *Herb. Scheuchz.* Pyxis omnium maxima, pene fuscinalis, infundibuliformis, ad unciam lata, per oram profunde incisa, segmentis informibus, varie & inique dentatis, ultimis spinulis exiguis, simplicibus, & bifidis.

1918. LICHEN

l) WILLIS *pharmacop. rational.* II. p. 49. FORBES *de tuſſi* p. 28. *m)* IMPERAT. *hist. natural.* p. 855.

- *1918 LICHEN scyphiger, infundibulorum fungalis coccineis.
Lichen circa Andersbergum THALII.
Muscus terrestris floridus GREW. p. 237.
Muscus pyxioides major WORM. p. 140.
Lichen pyxidatus rugosus, prolifer & non prolifer, acetabulorum oris coccineis & tomentibus MICHELI ord. VIII. n. 3. t. 41. f. 3. tum 4.
Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis DILLEN. p. 82. t. 14. f. 7.
Lichen scyphifer simplex, integrinus, silipe cylindrico, tuberculis coccineis LINN. p. 1618.
In ligno putrido, etiam Bernæ. *A la Chaux d'Abelle, &c.*
Accedit ad 1917. sed acetabula paulum difformia, ferrata & incisa, producunt magnos fungulos, coccinei letissimi coloris.
In Thuringia ad febres intermittentes adhiberi lego apud BRUKMANNUM ^{n).} Rubro colore tingit o).
1919. LICHEN scyphiger, infundibulorum fungis fuscis.
Icon VAILLANT. t. 21. f. 11.
Accedit ad 1918. sed tuberculis fungosis fuscis obsitus, uti coccineus ille rubris.
In aliis exemplis similia, sed subcarnea, sunt fungiformia tubercula.
- *1920. LICHEN pyxidatus maximus, profunde incisus, dentibus dentatis, punctatis. †
Cum nomine Lichenis pyxidati proliferi fuit inter herbas siccus I. S.
Elegans: infundibuli collum longum & perangustum, acetabulum amplum, planiusculum, foliosum, proliferum, similes edens pyxides pariter angusto collo, lato acetabulo, pariter folioso, & secundo prolifero, secundis acetabulis gracilibus & perexiguis.
- *1921. LICHEN scyphiger, infundibulis spinosis. †
Prioris hactenus adfinis subalpinus.
Acetabula latissima, repanda & ferrata, etiam lacera. Ex eorum cavea undique efforcent spicula, acuta, in coronæ speciem disposita, in apice suo punto ruberrimo notata, initio quasi proliferi coccinei. Totus habitus præterea verrucis obducitur.
- *1922. LICHEN cylindricus, fungo fusco terminatus. †
Accedit femorali DILLENII tubo cylindrico, absque acetabulo, terminato uno, pluribusve majusculis fungis fusci coloris.
1923. LICHEN infundibulis glabris proliferis.
Lichen pyxidatus prolifer VAILLANT. t. 21. f. 5.
Inter varietates Lichenis 6. DILLENI K. L. M.
Inter varietates Pyxidati LINN. p. 1619.
Aliquanto rarer, cum prioribus: plerumque vero infundibula prius prolifera sunt, quam margo ferris incidatur.
Ex infundibulo Lichenis 9. Enum. novum infundibulum prodit, unum, deinde duo, & denique plura, quæ coronam novæ prolis ex margine primi infundibili efficiunt. Deinde, ne nimis multas species faciam, secunda ista infundibula tertia generant, & denique quarta, eo minora, quæ superiora.
1924. LICHEN infundibulis ferratis proliferis.
Muscus pyxioides BARRELLIER. ic. 1278. n. II.
Muscofungus pyxidatus, calye altero alteri innato HIST. OXON. III. p. 632. f. XV. 47. f. 4.
& *Lichen pyxidatus, Endivie folio MICHELI ibid. n. 10. t. 42. P. P.*
Coralloides scyphiforme gracile, marginibus ferratis DILLEN. p. 811. t. 14. f. 8.
Lichen scyphifer ramosus, denticulatus, filiformis LINN. p. 1619.
Hæc vulgatissima sp. nascitur ex Lichene ferrato, cuius infundibula nova infundibula, sui similia generant, prole etiam tertium repetita.
- *1925. LICHEN infundibulis proliferis ferratis, foliosis & verrucosis. †
An *Coralloides scyphiforme gracile, marginibus ferratis DILLEN. p. 84. t. 14. f. 9.*
Varietas est proliferis, marginibus ferratis, verrucosis & foliolis, cæterum cavis acetabulis.

ⁿ⁾ Epist. 57.^{o)} K. wetensk. acad. bandl. 1745. p. 245.

T

1926. LICHEN

*1926. LICHEN pyxidatus extus prolifer. †

Viridibus globulis & intus obductus, rubro margine. Passim vero ex superficie exteriori parva acetabula intus rubentia nascuntur, qualis prima pyxidati lichenis facies est. Alpinus.

1927. LICHEN infundibulis proliferis, fungulis coccineis.

Muscus pyxioides, labellis saturate croceis BOCCONE *Mus. di Piant.* p. 142. t. 104.

Muscofungus pyxidatus, calyce altero alteri innato, apicibus nonnumquam coccineis HIST. OXON. l. c.

Muscus multiformiter pyxidatus, capitidis, seu apicibus, coccineis PLOT. *natur. hist. of Staffordshire* t. 14. f. 1. p. 199.

Lichen pyxidatus, acetabulorum oris coccineis & tucentibus VAILLANT. t. 21. f. 4. bene & ut suspicor f. 2.

Lichen pyxidatus, rugosus, prolifer (non prolifer), acetabulorum oris coccineis & tumentibus MICHELI p. 82. n. 3. t. 41. f. 3. & ibid. n. 4.

Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis DILLEN. p. 82. t. 14. f. 7.

In alpinis frequentior, etiam in sylvis, in paludosis *Chaux d'Abelle*.

Fabrica Lichenis 1924. sed ora superior infundibulorum pulcherrimis coccineis fungis obsita.

1928. LICHEN infundibulis proliferis, fungulis atrofuscis.

Lichen circa Andersberg, capitulis atris THAL. p. 73.

Inter varietates Lichenis 9. DILLEN.

Lichen squamosus, acetabulis dense congestis VAILLANT. t. 21. f. 10.

Lichen pyxidatus, acetabulorum oris proliferis, receptaculis florum rufescens MICHELI t. 41. n. 8. f. 7. etiam 8.

Similis paulo priori. Funguli in juniori Lichene pallide & ineleganter carnei, in adulto fusci; scyphi varie proliferi, laceri & difformes.

*1929. LICHEN infundibulis proliferis, foliosis & fungosis.

Muscus cornucopioides cristatus BOCCONE *Mus. di Piant.* t. 107. & t. 8. p. 21.

Coralloides scyphiforme, marginibus radiatis & foliatis DILLEN. p. 85. t. 14. f. 9.

Lichen folio brevior, tuberculis coccineis LINN. p. 1619?

Iste de supremis infundibuliformis & folia producit, & fungulos atros in brevibus aristis gerit.

*1930. LICHEN asper, infundibulis gracilibus, corniculis foliosis & verrucosis, fungiferis.

Passim in montanis, ut in *Creux du Vent*, & ipse legi & Cl. GAGNEBIN.

Videtur nasci ex corniculato viridi, duriori. Ejus enim colorem habet & duritatem; caeterum biuncialis, jam coralloidum similius, cylindricus, acetabulis angustis, difformibus, foliosis, verrucosis, fungis coronatis, proliferis, variis modis.

*1931. LICHEN infundibulis tubiformibus prolifer. †

Circa *Roche* in rupibus.

Graciles huic longi & fere cylindrici tubuli; infundibula angusta, ut tubas fere referant, earum ora tota fungis fuscis coronata: reperiuntur simplices, proliferi, & ramosi, sed multo altiores, quam 1925. neque verrucosi.

*1932. LICHEN infundibulis foliatis, punctatis. †

Lichen MICHELI t. 42. f. 3.

Circa *les Plans*.

Foliacea natura cum acetabulis confunditur. Nam crusta ipsa passim petiolum habet; & erigitur, ut speciem aliquam palmati infundibuli, vere foliaceam exprimat. Deinde vera infundibula simplicia & prolifera, in latas foliosas lacinias expanduntur, ut hactenus ad pulmonarios Lichenes hi pyxidati accedant. Intermiscentur parvi in ferris infundibulorum fungi, absque verrucis.

*1933. LICHEN triplicato prolifer, acetabulis angustis foliosis. †

Est ex amplissimis, pyxidibus tamen pergracilibus, petiolo filiformi, acetabulis triplicato proliferis, ultimis acetabulis tubarum similibus, inferioribus etiam foliosis.

Inter plantas siccas SCHEUCHZERORUM.

1934. LICHEN

*1934. LICHEN infundibulis explanatis fungiferis.

Coralloides scyphiforme, *foliis alicorniformibus cartilaginosis* DILLEN. p. 87. t. 14.

Lichen pyxidatus endiviae crissae folio, *prolifer*, *acetabulorum oris crissis* VAILLANT. t. 21. f. 3.

Reperi circa Regenstein, & DILLENIUS misit.

Foliacea expansio vulgaris pyxidati, potius amplior, eleganter rotunde semipinnata. In aliis exemplis acetabula prolixa ferrata, coronata; in aliis, ut in nostro, innumerae scutelle de ora ramorum efflorescunt, & de medio. Vetus folia difformia, nigrantia, contracta, semicava, palmata, exasperata, per ambitum lata, dentata, fungulis coronata, ut folia ab acetabulis non distinguas.

*1935. LICHEN fronde undique ex medio scyphigera, semipinnata, rotunde lobata. †

Hec est varietas 12. A. DILLENII t. 14. & MICHELI t. 42. f. 1. 2. absque nota ordinis.
Etiam subalpinus.

Cum cumatili comparavi, neque tamen cum eo manere potest.

Folia fere Endiviae facie virentia, inde obscure lignea, fere Coffea colore, eleganter per oras lobata & rotunde circumferrata, firma & dura. Inferior superficies undique albissima, qua nota ab omnibus Lichenibus adfinibus recedit. Scutelle numerose, alte petiolatae, fere aliqua pyxidati facie semilobatae, subrubellae, ora minute ferrata, multo vero, quam pyxidato, duros, & continuo ut prodeunt, jam cavae.

Ab alicorni veris pyxidibus de superficie efflorescentibus differt, & ramis minime palmatis.

*1936. LICHEN pyxidatus prolifer multiformis, acetabulis foliosis, cylindricis & spinulosis. †

Lichen dentatus major prolifer rugosus & fuscus H. SCH.

Totus obscure ex umbrino cinereus. Frondes ut in vulgari, sed acetabula mire deformata, ut vix verbis exprimas. Trunci sunt lati, difformes, foraminibus pertusi & reticulati. Hi ramos edunt etiam repetito divisos, latos etiam, in deformia acetabula exeuntes, alias mere foliosa, alias difformiter multifida, coronae muralis similia: alias propiora acetabulis, tamen cylindrica nimis, crenata, brevibus denticulis, multa ex uno acetabulo diffomi. Alias adeo gracilia sunt acetabula, ut filorum fere similia sint.

*1937. LICHEN infundibulis proliferis palmatis, serratis & punctatis. †

Coralloides cornucopoides incanum, *scyphis cristatis* DILLEN. p. 94. t. 15. f. 17.

Crusta vulgati. Tubuli lati, difformes, verrucosi & lacunati, conplanati. Eorum finis varius. Alii ramos educunt simplices, breves; alii acetabula angusta, punctis subnigris coronata. Eadem prolifera sunt etiam, varie & difformiter, & ultima acetabula habent palmata ramosa, ramulis saepe minimis punctis nigris terminata. Paullum etiam caulinis foliosi sunt.

1938. LICHEN pyxidatus, difformis, acetabulis cornigeris.

Coralloides crassus subincanum, *calycibus dentatis* DILLEN. p. 95. t. 15. f. 18.

Lichen scyphifer simplicisculus, *subventricosus*, *calycibus dentatis* LINN. p. 1520.

Lichen caule simplici, *apice acuto*, *seu calyce turbinato terminato* LINN. flor. lapon. t. 11. f. 3.

Tubuli recti pene cylindrici. Acetabula valde difformia, cornuta, cornibus longis conicis; caulis ad varios angulos flexus & brachiatus. Habitus albus & mollis, saepe in arcum flexus; caulis ex ejus convexitate ramos conicos parum ramosos emittit.

*1939. LICHEN infundibulis palmatis, fungulis coccineis.

Coralloides ramulosus, *tuberculis coccineis* DILLEN. p. 95. t. 15. f. 19.

Lichen scyphifer ramosissimus, *ramis cylindricis*, *calycibus integris*, *nodosis* LINN. p. 1620.

Scyphi palmati, rudes, eorumve loco rami fissi in ramulos breves, congestos, terminatos fungulis coccineis.

*1940. LICHEN corniculatus bicornis & tricornis, coccineo punto terminali. †

An *Lichen minimus terrestris*, *foliis perexiguis*, *receptaculis florum rufescensibus*, MICHELI t. 10. n. 2. f. 1?

Crusta pyxidati vulgaris, cornicula brevissime ramosa, punctis coccineis, omnium minimis terminata.

*1941. LICHEN verrucosus bicornis & tricornis, fungulis fuscis terminalibus. †

Coralloides parum ramosum, tuberculis fuscis DILLEN. p. 97. t. 15. f. 20. ut tamen icon 19.
C. fere propior nostrae sit.

Lichen minimus terrestris, foliis perexiguis, receptaculis floribus fuscis MICHELI t. 42. ad 10. f. 2.
In sylva versus Merklingen. Versus Zweylütschin.

Tota crusta foliacea, obsita verrucis; sic infundibula, quorum aliqua simplicia, ple-
raque prolifera & ramosa sunt, ramis duobus, & tribus, quos omnes fusca tuber-
cula fungosa terminant.

*1942. LICHEN verrucosus minimus, infundibulis bifidis & trifidis, fungis fuscis terminali-
bus. †

Omnium minimus, crusta tamen pyxidati vulgati, verrucosa. Capitula in tubulis bi-
uncialibus, bifidis, trifidis, etiam palmatis, vix infundibuli naturam retinentibus,
fungosis, fuscis fungulis terminatis. Intercurrent integra, & obscurae divisa acetabula.

1943. LICHEN asper, infundibulis gracilibus, corniculis ramosis.

Lichen pyxidatus & corniculatus prolifer SCHEUCHZER. It. I. p. 42. t. 5. f. 8.

Lichen pyxidatus & ramosus prolifer, ex viridi obsoleto lutescens MICHELI p. 80. t. 41. f. 1.

Ex corniculato duriori virecente nascitur, ejusque naturam conservat.

Vix potest esse *Lichen* 16. DILLENII, mollis & maximis caulis.

1944. LICHEN caulis scyphigeris & corniculatis, corniculis ramosis.

Lichen pyxidatus & corniculatus albidus minor & gracilior MICHELI p. 81. n. 7.

Muscus corniculatus TABERNEMONT. p. 809. I. B. III. p. 767. PANCY. ic. 16.

DILLENIUS inter varietates Lichenis corniculati habet.

Crusta foliacea, ut in vulgari: cornua similia & admista acetabula. Sed alia & pluri-
ma cornua in duos pluresve breves ramos finduntur.

1945. LICHEN corniculis erectis ramosis, infundibulis gracilibus.

Lichen montanus corniculatus HIST. OXON. III. p. 632. t. 7. f. 1. VAILLANT. t. 26. f. 7. abs-
que scyphis.

Lichen pyxidatus & corniculatus cinereus, angustior & elatior, corniculis longioribus MICHELI
n. 7. t. 41. f. 3.

& *Leprosus* ibid. f. 4.

DILLENIUS ad n. 1.

Im Burgdorffböhlzlein. Etiam in subalpinis.

Durior priori, major, cornubus biuncialibus. Plerique trunci mera cornua producunt,
ramosa, paucis tamen ramis. Aliqui tamen acetabula habent, eaque simplicia, aut
fungis nigris undique obsita.

1946. LICHEN infundibulis proliferis & corniculatis erectis.

Coralloides scyphiforme ferratum elatum, caulis gracilibus glabris. DILLEN.

Lichen pyxidatus, corniculis aduncis MICHELI ord. VII. t. 41. f. 2.

& *Lichen alpinus* EJUSDEM ibid. f. 5.

Passim reperi circa Rheinbaufen, Schlefreisen, & alibi in Germania.

Proliferi genus est, per quod transitur ad Coralloideos Lichenes. Crusta foliacea vulga-
ris pyxidati. Tubuli longi, graciles, cylindrici; acetabula perangusta, vix cava. Ex
eorum ora alias praelonga cornua, alias & tubuli, in nova acetabula proliferi. Lon-
gus inde & gracilis, & ramosus habitus fit; denique veri coralloidei Lichenis simi-
lis. Albus fere ceterum, & polline dense adspersus.

*1947. LICHEN cornutus, scyphis cornigeris & fungosis. †

In plantis maximis illius viridis Lichenis adfinibus reperi: folia parva imo cauli adspersa,
scutellas frequentes, terminatrices, ferratas & lacinias, etiam cornua edentes, &
pyxides, ferratas, denique foliosas & coronatas fungis fuscis.

*1948. LICHEN spadiceus caulis foliosis, scyphigeris & corniculatis. †

Inter SCHEUCHZERORUM plantas.

Ex alpino spadiceo nascitur, caulis foliosis, foliis adpressis, ramis partim in corni-
cula abeuntibus, & partim in graciles ferratasque pyxides.

*1949. LICHEN pyxidatus, ferratus, cornubus ramosis subpyxidatis. †

In M.

LICHEN. I. CORNICULATUS. II. CORALLOIDEUS. 77

In M. *Sylvio*.

Ex eodem alpino aspero natus, gracili infundibulo, undique coronato, dentibus punctatis, capitatis: Alii rami in brevia infundibula abeunt, longi alii in ramosa corna, & nova imperfecta infundibula.

*1950. LICHEN pyxidatus & corniculatus spadiceus, tuberculosus. †

Lichen tubulatus verrucosus, ex obscuro virore flavescentis H. SCH.

Pertinet ad nostrum spadiceum maximum.

Multiformis in eodem cespite, totus tamen spadiceus, durus, cortice non verrucoso quidem, sed rugoso, tuberculo, difformi. Alia cornua simplicia, acuta: alia in cylindrum abeunt paulum dilatatum, quod acetabuli principium est. Alii in acetabulum conicum, tamen gracile, oris dentatis, dentibus nigris antibus: alii ramosi, & cornuti, non repetita divisione, sed multis ex curvo trunculo ramis difformibus, finibus breviter spinulosis.

*1951. LICHEN prolifer & corniculatus, corniculis brevissime digitatis, fungiferis. †

Muscotangus gracilior, ramosus, calycibus serratis HIST. OXON. III. p. 632. t. 7. f. 6.

Lichen pyxidatus ramosus, acetabulis fimbriatis MICHELI p. 81. n. 10.

& *Lichen pyxidatus* & *corniculatus, alpinus, ex fusco cinereus, pyxidulis crenatis* EJUSDEM t. 41. n. 7. f. 5.

Videtur inter Lichenes esse 17. DILLENI.

In subalpinis circa Interlachen, &c.

Ultimus pyxidatorum Coralloideos orditur. Crusta est vulgaris pyxidati: infundibula informia, dentata, denticulis rubro fusco, rotundo, fungulo terminatis. Ex infundibulis, & ex caule præter infundibula, alii rami ramosi, coralloidei, excurrent, quorum ultimus finis ad acutissimos angulos finditur, in surculos brevissimos, fungulis convexis, fuscis, terminatos. Albus est ut 1944. polline niveo conspersus, etiam foliosus & verrucosus. Differt a cornucopiae ramis brevissime ramosis.

II. LICHENES CORALLOIDEI

CORALLOIDE DILLEN.

His fruticosa, ramosa, facies est, funguli convexi.

*1952. LICHEN fruticosus, vase ramosus, foliosus, extremis ramis palmatis fungiferis. †

Lichen coralloides tubulosus major montanus, e cinereo viridi rufescens, caulis recurvis, non-nihil foliosus, inordinate dispositis, receptaculis florum crassioribus rufescientibus MICHELI t. 40. f. 5.

Coralloides parvum, caulis tortuosus & spinosus DILLEN. *Sylv. p. 101. t. 16. f. 25.*

Bernæ non rarus, in sylva Bremgarten; circa Drakau; etiam in subalpinis circa les Plans. In area du Creux du Vent.

Ex maximis totius classis. Folacea crusta pyxidati vulgaris; aliqua foliola toti caulis longitudini adhaerent, quorum loco, in aliis exemplis, breves & angustæ quasi spinulæ sunt, simplices & bifurcatæ. Fruticulus ramosus, vagus, dichotomus, latus ad lineam, cavus, durus, asper, fragilis, multo fusco colore tinctus. Ultimi surculi in plurimos confertos ramos dividuntur, quibus majusculi, ad lineam lati, subcarnei, & aurantii, funguli insident, per ætatem fusi. Sæpe ultimi rami aperiuntur, & palmati desinunt. Et caulis etiam compressus subinde atque rugosus est.

& *Lichen coralloides tubulosus, medius, e cinereo viridis, ramulis erectis, non-nihil foliosus, extremitatibus apertis & palmatis, receptaculis florum rufescientibus exiguis* MICHELI t. c. f. 4.

& *Lichen f. 6. ibid.*

Bernæ in sylva Siedelbach, Interlaci, &c.

Juniora videntur exempla, alba cum viore, receptaculis punctorum haec tenus similioribus.

1953. LICHEN coralloides foliosus & palmatus, ramulis confertis foliosis, bifidis, fungiferis. †

Lichen arboreus, coralloides, airitus, ramulorum extremis fuscis & tumentibus H. SCHEUCHZ.

Accedit duro folioso Coralloideo 1952. Sed multo elegantior est.

Caulis duriosculus, teres, cavus, subinde ad genicula apertus, crassus, versus ultimos ramorum fines totus planus & palmatus. Frons paullum adspersa, rami vero ultimi omnigeni, foliis misti, ampli & foliosi, finibus breviter bifidis, fungis parvis magnisque, nam intercurrunt fungi lineam lati, latiores subrubelli, & obscure flavi. Conferti prodeunt, ut longissimo cespite quisque ramos terminet.

*1954. LICHEN caule fruticoso, subfolioso, ramis adscendentibus repetito bifurcatis, punctiferis.

Muscofiongus montanus corniculatus HIST. OXON. III. p. 632. t. 7. f. 1. VAILLANT. t. 26. f. 7.

Muscus cornuta Cervi referens, corniculus brevissimus BARRELIER. ic. 1307.

& *Muscus coralloides* EJUSD. ic. 1277. p. 22.

Lichen coralloides tubulosus minor & gracilissimus, subviridis, ramulis erectis, nonnihil foliosus, receptaculis floribus rufescensibus MICHELIT. 40. D. non bene. Plures eo refert DILLENIUS.

Coralloides corniculus brevioribus & crebrioribus DILLEN. p. 104. t. 16. f. 27.

Ad priorem 1952. valde accedit, quem in Germania paßim cinereum legi; in *Gottardo* virentem. Habitus perinde durus & levis, absque molli farina sequentium; & caules recti adscendentes, ramique ad angulos acutissimos divisi. Crusta foliacea ad caulem rarius, aut nulla. Rami utique crebriores & breviores, quam priori, furculis perinde acutissimis, digitatis. Gemini ternive funguli similes, perexigui, rotundi, spadicei.

*1955. LICHEN caule fruticoso, erecto, ramis adscendentibus dichotomis.

Huc refert DILLENIUS *Muscum corniculatum* TABERNÆMONTAN. p. 809.

Coralloides corniculus longioribus & ravioribus DILLEN. p. 102. t. 16. n. 26.

Lichen fruticulosus, subdichotomus, ramis simplicibus subulatis LINN. p. 1621.

A Lichene 1944. & 1945. differt.

Magna copia reperi in monte Auerberg.

Crusta foliacea Lichenis pyxidati; paßim etiam ad caulem adhærescens. Cauliculi fruticosi, parum ramosi, & ad parvos angulos, albidi, etiam glebis cinereis adsparsi, cæterum leves, absque polline illo tenui sequentis. Tubuli cavi, clausi, non palmati. Rami subito bifurcati, trifurcati, ramulis ultimis brevissimis. Funguli per exigui, fusci.

*1956. LICHEN caule fruticoso, folioso, ramis subnutantibus, minute multifidis, fungiferis.

Coralloides fruticuli specie, candicans, corniculus rufescensibus DILLEN. p. 110. t. 16. f. 30.

LINNÆUS pro varietate habet, sed nimis a molli dissentit.

Inter mollem 1957. & eum ambigit, qui corniculus est brevioribus 1954. Habet, ut iste, crustam foliaceam, qua mollis caret, habitum vero magis vagum minusque densum, duriorem, humiliorem, fuscum, ramulos minimos, minus nutantes, colore rufo.

1957. LICHEN fruticosus, farinosus, furculis innumeris, nutantibus.

Muscus corallinus, seu Coralloides montanum TABERNÆMONT. p. 810.

Coralloides montanum, fruticuli specie, ubique candicans DILLEN. p. 107. t. 16. f. 29.

Lichen coralloides tubulosus. major, candicans, ramosissimus, receptaculis floribus rufescensibus peregrinis MICHELIT. p. 79. t. 40. f. 1.

Icon OEDERI t. 180.

Abunde circa Bernam prope Drakau. In montanis, ut in area du Creux du Vent. Cum primis hujus classis convenit habitu fruticoso, ramosissimo, altitudine ad semipendem, tubulosa natura, ad alas aperta. Verum mollis est, & totus farina alba obducitur. Deinde rami multo minores, tenuiores, & magis multiplicati, demum aciculares, teretes, sœpe nutantes. Nulla crista foliacea, ut ad Usneas nunc proprius accedamus. Funguli frequentes, etiam racemosi, pallide rubelli & fusci.

Hic Lichen est, quo Rangiferi pascuntur, in sylvis ambustis frequente, nobis in ericetis. Ob solidiorem omni gramine, magisque farinosum, cibum videtur lac eorum animatum pinguissimum esse, & butyrum sebi simile. Ob eamdem cibi bonitatem cornua huic Cervi speciei non delabi BUFFONIUS a). Sed neque capris, neque vaccis delabuntur. Etiam pecora, perinde ut Rangiferos, eo Lichene pasci posse b) lego. Nobis nullo in usu est, posset autem ad cyprium pollinem adhiberi.

b) *Muscus terrestris coralloides erectus, corniculus rufescensibus* C. B. Prodr. p. 18. n. 1.

Coralloides fruticuli specie, candicans, corniculus rufescensibus DILLEN. t. 16. n. 30.

Non puto vere differre, quem in paludibus montis Brücteri, circa Interlachen & aliibi legi.

Minor est, rami innumerabiles, subinde rufescentes, spinulae nullæ; sed folia nonnunquam adsparsa; habitus paulo laxior, color magis fuscus. Ita DILLENIUS, sed mihi ii foliosi Lichenes videntur ad 1952. pertinere.

1958. LICHEN

a) T. XIV. p. 333.

b) K. zw. wetensk. acad. handl. 1748. Trim. II. ad fin.

*1958. LICHEN corniculatus verrucosus, cavus, intus anthracinus, fungulis minimis. †
In sylvis & agris.

Accedit ad mollissimum 1957, qualis maximus provenit, nam sesquilineam latus, semipedalis nascitur. Frutex ramosus, ramis supremis subito gracilescens, nuntantibus, brevissime multifidis, fungulis vix conspicuis notatis. Totus autem obducitur globulis distinctis, cinereis, ipse totus anthracinus & cavus, passim late apertus, & complanatus. Mollis intus albus est.

1959. LICHEN fruticosus, levis, perforatus, spinosus, ramulis punctiferis.

Coralloides cornuta cervi referens H. SCHEUCHZ.

Coralloides afer corniculis tenuioribus bifurcatis H. SCHEUCHZ.

Muscus coraloides mollior ♂ elatior, albida, tubulosus HIST. OXON. III. p. 633. sect. XV.
t. 7. f. 7.

Lichen coraloides tubulosus, albida major & mollior, caulis crassioribus, minus rufus,
receptaculis florion perexiguis rufescens MICHELI t. 40. f. 2. ♂ p. 79.

Coralloides perforatum majus molle & crassum DILLEN. p. 98. t. 16. f. 21.

In Creux du Vent legi, misit etiam DILLENIUS.

Multa habet similia prioris, staturam praetaltam, diametrum lineare, tubulum cavum, caulem ramosum, spinulis simplicibus & bifidis saepe adspersum, ut 1952. β. sub apice & in geniculis apertum. Ceterum funguli minores sunt; color flavus, levitas summa, & mollis habitus, minus repetito dichotomus.

*1960. LICHEN fruticosus, levis, perforatus, cauliculis palmatis brevissimis.

Coralloides perforatum minus ♂ tenue DILLEN. p. 99. t. 16. f. 22.

Lichen fruticulosus perforatus, ramis brevissimis acutis LINN. p. 1621.

Utique flavedine, levitate, defectu foliosae in caule crustae, cum priori 1959. convenit; sed humilior est, uncialis, minus ramosus, extremis ramulis perexiguis, ternis, quaternis, meris punctis subnigris terminatis. Ad basin aliqua crusta pyxidati similis.

*1961. LICHEN caule fruticoso, compresso, ramosissimo, ramulis punctiferis. †

Lichen coraloides tubulosus, alpinus, major & durior, ex cinereo virescens, cauliculis primariis nonnihil compressis, ab imo ad summum, in ramulorum apicibus receptaculis florium rufis ♂ perexiguis ornatus MICHELI p. 80. n. 9.

J. GESNERUS ex alpibus misit.

Levitatis, color ochroleucus prioris, sed multo humilior est, cauliculis compressis non teretibus, ad sesquilineam latis. Ramos confertos & frequentissimc edit. Apices finduntur in ramos brevissimos. Funguli vix conspicui; neque apertus ad genicula caulis.

Valde accedit ad 1960.

*1962. LICHEN caule fruticoso, ramoso, erecto, densissime cespitoso. †

Coralloides minimum fragile, Madrepore inflata nascens DILLEN. p. 101. t. 16. f. 25.

Abunde reperi in monte Bructero.

Ita confertus nascitur, ut cespites nullo fere intervallo distincti sint. Cauliculi vix unciales, frequenter perforati, ramis brevibus, ex trunco prodeuntibus. Fines conferti, argutas spinas ex latiusculo surculo educunt. Color lutescens, in basi niger; habitus durus & fragilis.

1963. LICHEN caule fruticoso, fungifero, verrucis calcariis tecto Emend. VI. n. 2.

Lichen alpinus ramosus, glaucus, botryoides SCHEUCHZER. It. II. p. 137. t. 19. f. 4. MICHELI
t. 53. f. 7.

& *Lichen EJUSDEM* t. 53. f. 5. ex LINNAE.

Coralloides crispum ♂ botryiforme alpinum DILLEN. Sylv. p. 114. t. 17. f. 32.

Muscus cupressiformis ramosus LOESEL. ic. 48.

Lichen fruticulosus solidus, tectus foliolis crustaceis LINN. p. 1621.

Icon OEDER. t. 151.

In alpibus passim legi, in Gemmio, Scheidek: J. GESNER & SCHEUCHZER in monte Speluga; iste in Adula; Gen. DE SAUSSURE circa Chamouny. In Krajalp Abbatis-Cellanorum. In mont. S. Bernhard, Rossboden, alpp. Grajis.

Crusta farinosa, loco foliorum. Habitus Coralloides, ramosus, & fruticuli similis, sed totus Lichen ejusmodi verrucis cinereis tartareae naturae tectus. Funguli passim per universam plantam magni, plani, fusi.

*1964. LICHEN fruticosus, levis, diffusus, ramosissimus, flavus, ramulis liventibus. †
J. GESNERUS misit. Etiam ex mont. Fouly, la Varaz & Isenau habeo Emend. IV. n. 1.
Ambigit inter Coralloideos Lichenes & Usneas, neque tamen pendet. Durus, firmus,
levis, cavus tamen, intus albus, colore sulfureo, repetito dichotomus, ramis &
ramulis lividis, subnigris, repetito & tenerrime divisus, in arcum flexis, extremis
furculis bifidis.

*1965. LICHEN fruticosus, durus, castaneus, furculis spinosis. †
Annon *Lichen Coralloides aculeatus, nigricans* BUXBAUM. Centur. plant. rar. II. p. 10. t. 5. f. 3.
utrinque?

Coralloides, fruticuli specie, fuscum, spinosum DILLEN. p. 112. t. 17. f. 31.

In alpibus non infrequens, ut in Scheidek, Enzeindaz.

A præcedente omnino diversus. Cauliculi compressi, rugosi, castanei, nitidi, duri.
Ramuli dichotomi, repetito subdivisi. Surculi ultimi in spinulas minutissimas desinentes,
qui priori latiusculi. Subinde spinula de latere caulis exit. Fungos vidi,
maximos, convexos.

III. USNEÆ DILLEN. p. 56.

Plurima priorum habent, teretes pariter & repetito ramosi, penduli tamen sunt, &
scuta, si quæ habent, non gerunt in extremis furculis, eaque plana sunt.

*1966. LICHEN fruticosus, durus, niger, repetito dichotomus. †

Lichen fruticosus alpinus minimus, nigerrimus Emend. t. 47. f. 1.

Coralloides corniculatum fuci tenuioris facie DILLEN. p. 118. t. 17. f. 37.

In altissimis rupibus montis Scheidek legi, in Walliae alpibus DILLENIUS.

Minimus Lichen, in circu m cespitosus, caulinis durissimis, nigris, nitentibus, teretibus, compressis, clæterum dichotomus, divisione frequentissime repetita, etiam ultimis corniculis gemellis. DILLENIUS scutellas misit, planas, etiam cavas, concolores, ut ad pulmonarios Lichenes accedat.

*1967. LICHEN fruticosus minimus, flexuosus, caulinis nigris capillaceis.

Usnea nigra lanea similis, saxis adnascens DILLEN. p. 66. t. 12. f. 8.

Lichen filamentosus ramosissimus implicatus, opacus LINN. p. 1623.

Non dissimilis priorum Cotalloideorum.

Legi in monte Bructero, dudum etiam inter alpinos meos fuit.

Fruticulos minimus & tenerrimus inter alios Lichenes provenit, vix uncialis, flexuosus,
tener, ramosus, ramulis brevissimis quasi spinulis terminatus, omnino capillaribus.

*1968. LICHEN barbatus, pendulus, filamentis nigris prolixis.

Muscus arboreus capillaceus, longissimus & niger SCHEUCHZER. It. VII. p. 513.

Lichen capillaceus longissimus, seu Muscus arboreus nigricans, Usnea officinarum, MICHELI
p. 77. n. 7.

Usnea jubata nigricans DILLEN. Sylv. p. 64. t. 12. f. 7.

Lichen filamentosus pendulus, axillis compressis LINN. p. 1622.

In alpibus, Jura & Hercynia sylva, de arboribus passim dependet, de Abiete, Larice,
Chamærhododendro. In montibus Neunnen, Gemmi, Fouly, &c.

Teres, pendulus, ramosus, glaber, cinereus, sed in atrum colorem frequenter degenerans. Surculi in minutissima, denique capillaria, filaments prælonga educunt, ut quorum finis aut simplex est, aut breviter bicornis. Cauliculi majores subinde in fiscis compressi, vere teretes sunt. In trunculis passim scutellæ pulverulentæ, planæ subvirides perexiguae, subvirides. Analogus atri 1966, cinereus, pendulus, ramosissimus, hactenus diversus, quod & rami & ramuli multo moliores sint.

*1969. LICHEN fruticosus diffusus, caulinis vagis, flexuosis, rigidis, teretibus.

Usnea rigida, horsum versus versa DILLEN. p. 66. t. 13. f. 10.

Icon OEDERI t. 292.

Lichen filamentosus subramosus, decumbens, implicate flexuosus LINN. p. 1623.

A priori parum diversus, in faxofis & ad arbores nascitur, non perinde pendulus, sed
ramis teretibus, fuscis, firmis, furculis huc & illuc conversis, vagis, minus ramosis,
brevioribus, fere quatuor unciarum.

1970. LICHEN

1970. LICHEN barbatus, trunco articuloſo levi.

Huc Bryon PLINII L. XII. c. 23. & alios veterum Muscos DILLENIUS refert.

Usnea barbata. loris tenuibus fibroſis DILLEN. p. 63. t. 16. f. 6.

Lichen filamentosus pendulus, ſubarticulatus, ramis patentibus LINN. p. 1622.

In alpibus Helveticis. In Chamærhododendro legi.

Pendulus, palmaris, pedalis & ultra, trunco levi, quo a lacunato illo 1975. differt; ovatis, oblongis, articulis divifo, duro, grandi; inde caulinis pendulis, teretibus, ramofis, ramos ad maiores angulos edentibus flaccidis, teretibus, duris. DILLENIUS ſcutellas minimas rufas, cauli inſidentes habet.

1971. LICHEN pendulus, teres, exasperatus, ramis descendantibus, ſcutellis radiatis.

Muscus arboreus DODON. p. 471. CAMERAR. Epit. p. 31.

Muscus Quercuum & aliarum arborum I. B. I. P. II. p. 88.

Usnea vulgaris, loris longis implexis DILLEN. p. 56. t. 11. f. 1.

Non eft *Lichen filamentosus pendulus*, ramis implexis, ſcutellis radiatis LINN. p. 1622.

De arboribus potiflimum ſiccis pendet, immensa copia in ſylvis, ſub monte Montendre versus Gimel.

Caules ramique ex cinereo fuſci, etiam flavidi, teretes, firmi, fragiles, eo magis verrucoſa alba tenui crufa asperi, quo ſunt vetuſtiores, ramofi, penduli, divisi & subdiviſi, ultima barba promiſſa, levi, terete, flaveſcente. Scutellas DILLENIUS habet, paſſim ramis adpenſas & ciliatas. Non rariflume caulis interrumptur, & quaſi geniculatus eft.

Muſcum abiſum & pineum in alpibus ſuaveolentem mire in igne flagrare MATTHIOL c).

Ad hæmorrhagiā natum ab HILDANO laudatur d), variasque laudes ei tribuit SCHNEIDERUS e). Usneam latifoliā, ſiccata in fornace, tunc flagellis fractam, pro uestium duplicaturis elasticis utilem eſſe Cl. WESTBECK f). Cum lana in aqua maceratum luteum dat colorem g).

1972. LICHEN barbatus, ramis teretibus, ſutculis parallelis ſimplicibus, ſcutellis radiatis.

Muscus ramosus floridus TABERNÆMONT. p. 808.

Muscus feniſculaceus HIST. LUGD. II. p. 1325.

Muscus quernus fruticosus τρυχοφύλλων, atque σκιαδικοτυληδον δασυακτικοειδης COLUMNNA Ec- phras. I. p. 333.

Muscofungus arborum capillaceus, ſcutis amplis per ambitum pilis radiatis, HIST. OXON. III. p. 635. f. XV. t. 7. f. 14.

Usnea vulgariflma tenuior & brevior, cum orbiculis DILLEN. p. 69. t. 13. f. 13.

Lichen filamentosus ramosus, erectus, ſcutellis radiatis LINN. p. 1624.

Ad arborum ramos emortuos vulgo.

Sparſa potius, quam pendula, ramis, pro portione plantæ, magnis, teretibus, aperis, plurima brevia folia capillorum ſimilia edentibus, parum cæterum ramofis. In ſummis ramis ciliatæ undique & radiatæ magnæ ſcutellæ.

Ad priorem valde accedit.

1973. LICHEN barbatus, teretibus caulinis, ramis ſimplicibus parallelis.

Muscus ramosus TABERNÆMONT. p. 707.

Muscus feniſculaceus BARRELIER. ic. 1277. non bene.

Usnea vulgariflma tenuior & brevior, ſine orbiculis DILLEN. p. 67. t. 13. f. 12.

Conjunxi haec tenus cum ſcutellifero, nunc cum DILLENIO, bono duce, ſeparo.

Habitus idem diſſuſus, & pariter caulinis ſerpentini, non valde ramofi, niſi in fine; toti vero obducti ramulis brevibus, ſimplicibus, capillaribus, qui ex fine ramorum longiores prodeunt. Polline albo, uti prior, exasperatur.

Vereor, ut Lichenes 1971. 1972. & 1973. vere diversi ſint. Ita & Cl. GUETTARD h).

IV. LICHENES CORNICULATI COMPRESSI.

*1974. LICHEN ramosus aureus, caulinis planis lacunatis, ramis farinofis, cornutis.

An *Usnea capillacea citrina*, fruticuli ſpecie DILLEN. p. 73. t. 13. f. 16? Non videtur, que nimis teres fit.

Ex Suecia cum nomine *Lichenis birti* accepi.

In Gemmo

c) p. 61.

d) Epit. 27.

e) De capite dig. II.

f) Swensk. bomull. p. 38.

g) K. swensk. acad. handl. 1745. p. 251.

b) Plant. ſtamp. p. 42.

X

In *Gemmio*, *Scheidek*, *Krajalp* *Abbatiscellanorum*, *Speluga*, *Adula*: mont. *Fouly*, *Etszindaz*, *Javernaz*, *Chaud commun*, ex lignis.

Pulchra planta cum priori pene consentit, caule compresso, non ramosissimo, diviso, ramis rectis, longis, bicornibus, trunco levi, ramis pulchre flavis, & polline concolore adspersis, qua nota a sequente discedit, cæterum teretiusculis. Statura humior, duarum, trium unciarum, & in latum diffunditur, non pendet.

*1975. LICHEN ramosus, lacunatus, flaccidus. †

Muscus arboreus ramosus, *longissimus*, *cinereus* SCHEUCHZER. It. VII. p. 514.

Lichen longissimus, ex *cinereo candidans*, *rugosus*, *mollior*, *receptaculis floriam rufescens*, MICHELI obs. 5. n. 2. t. 39. f. 2.

Usnea mollis. *ramis longis compressis* DILLEN. Sylv. p. 62. t. 12. f. 5.

Satis prioris similis, pariter alpinus & montanus. Aux Plans, à *Fouly*, &c.

Caulis *mollis*, *compressus*, *latiusculus*, *undique rugis notatus*, *ochreus pallens*, aut *ochroleucus*, non raro articulatus, ut nudum inter articulos filum interponatur; *extrema fila teretia*, *ramosa*, *pendula*, *ramis ad acutos angulos excurrentibus*. *Scutellae trunculis impositas* DILLENIUS pingit, cujus icon meo nullo modo convenit.

*1976. LICHEN cornubus planiusculis acutis, superne farinosis, inferne atris & reticulatis.

Lichen arboreus, *cornua Cervi referens*, *subtus anthracinus*, *desuper cinereus*, *receptaculis florium amplioribus*, *intus fuscis* MICHELI p. 76. t. 38. f. 1.

Lichen arboreus leucomelanos, *ramulis altera parte anthracinus* BUXBAUM. Centur. II. t. 7.

Lichenoides cornutum, *amarion*, *superne cinereum*, *inferne nigrum*, DILLEN. Sylv. p. 157. t. 21. f. 52.

Lichen foliacetus decumbens. *furfuraceus*, *laciniis acutis*, *subtus lacunosis atris* LINN. p. 1612.

In alpinis & montanis: in Rhætia, circa Kerzen. In la Varaz, Richard. Circa Homberg STAHELIN, à Ferriere GAGNERIN. In Hercynia sylva abunde.

Corniculatus omnino, *mollis*, *facie superiori alias glabra*, præter cinereum tenerum *pollinem*, alias tota scabra; *inferiori atra*, tota reticulata & lacunata. *Divisio* in *truncis in arcum flexis*, *ramos ex convexitate edentibus*, & *ipsos ramosos & cornutos*, *finibus ultimis breviter bifidis*, etiam palmatis. *Oræ* *sæpe contrahuntur*. Non debet omitti, inferius etiam album reperiri, & dilute fuscum, absque reticulo.

Amarore est diurno.

B. Leucomedani memorabilis varietas in sylvis circa Ferrieres.

Trunci toti pilis asperis subviridibus efflorescunt, sed præterea ramos emitunt diversissimi a Leucomelano habitus, *Coralloidis fungosi timiles*, *albos*, *teretes*, *ramosos* & *divisos*, in *cornicula acuta ultimo filios*. Eorum ex *trunko Leucomelani originem*

*1977. LICHEN convexo concavus, lacunatus & glaber, ramis crispatis, subluteis.

Lichen pulmonarius saxatilis, *tenuiter laciniatus*, *eleganter sulfurei coloris* SCHEUCHZER. It. VII. p. 514. non autem BUXBAUMII Cent. II. t. 7. f. 3.

Lichenoides laciniatum candidum, *glabrum*, *Endiviae criste facie* DILLEN, p. 162. t. 21. f. 56. Icon OEDERI t. 227.

Lichen foliacetus ascendens, *laciniatus*, *crispus*, *glaber*, *lacunosus*, *albus*, *margine elevato*, LINN. p. 1612. & cum alio nomine *Flor. lapon.* t. 11. f. 1.

In omnibus alpibus abundat ad terram & petras; etiam in *Jura*. Non satis hujus loci est. DILLENIUM tamen hoc referentem sequor.

Cespitosus, fronde convexa & concava, ramosus, ramis crispatis, obtusis, late terminatis, alias inferne in trunculis mediocriter lacunatus; cæterum glaber, alias totus lacunatus, colore aut ochroleuco, aut sulfureo, subviridi, demum flavo; scutellæ magnæ, spadiceæ, planæ, ora flava, crenata, etiam laciniata, in petiolis nonnullis sessiles. Adulta planta in crispam & repetito laciniatam naturam abit sui dissimilem, eoque in statu totam oram flavissimo polline obductam vidi.

*1978. LICHEN fronde convexa ciliata, pustulata, obtuse ramosa, utrinque levi, ramulis brevissime bicornibus.

Jegbl, seu *Muscus leponicus* Galer. di Minerv. V. p. 135.

Icon exstat in CAMERAR. Epit. p. 783. n. 2.

Muscus pulmonarius terrestris, *sanguineus* Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. 3. obs. 289.

Muscus catharticus BORRICH. Act. Hafn. 1671. obs. 66. p. 121.

Lichen

LICHEN. IV. CORNICULATUS COMPRESSUS. 82

Lichen terrestris, folio Eryngii BUXBAUM. Centur. II. p. 11. t. 6. f. 12.
Lichen pulmonaria minor, &c. MICHELI p. 85. t. 44. f. 4.
Lichenoides rigidum, Eryngii folia referens DILLEN. Sylv. p. 209. t. 128. f. 111.
Lichen foliaceus ascendens, laciniatus, marginibus clavatis ciliatis LINN. p. 1611.
 Icon OEDERI t. 155.

3. Tenuioribus & crispioribus foliis DILLEN. f. 112.
 7. Tenuissimus nigricans, mundi muliebris (*Spizzen*) instar textus EJUSDEM p. 113. t. 17.
 f. 32.

Maxima copia ubique in alpinis, etiam in montanis *Jure ad terram & saxa*.

Variabilis planta. Constans est, habere naturam ficcam, duram, agre lacerabilem: ramos superne modice convexos, inferne concavos, oris adtractis: margines durioribus & exiguis foveolis paullim depresso, inferius eminentes, & pene spinulis ciliatos. sed multa varia sunt; alias simplex est, latus, planus, parum divisus, ramis bicornibus, lobis lanceolatis; alias, & quidem magis & magis subdivisus, gracilior, repetito dichotomus, durior, pene teres; denique in fruticum dense ramosum abit, extremis finibus acutis. Color a glauco ad spadiceum ludit, & rubor minatus saepe se immiscet, potissimum ad basin. Scutellæ rarissimæ ramos terminant, in transversum latus planæ, spadiceæ.

Subamarus i) est, amarore quasi volatili k), liquorem stillat subacidum l) fere ut frumenti spiritus; hinc inter vulneraria medicamenta censetur, ad fracta etiam confolianda, cum Symphyto tritus m), interno usu idoneus n). Infuso theiformi sumto de utero hydatides depulsas o) fuisse legas. Aqua cum recente Lichene decocta alvum dicit p), magis verno tempore, & juniori cum planta, experimento nuperis etiam periculis confirmato q). Siccatus vim istam deponit, farinamque dat Islandis familiarem r), & abunde in cibum recipitur s), cum lacte t) potissimum, etiam cum aqua coctus. Ad catarrhos etiam compescendos medica vi inclavit v), & demum eo solo alimento, in juscule decocto, phthisin sanare adgrediuntur x). Nuper Viennensis hoc Lichene ad tussim infantum & ad phthisin feliciter uti audio.

*1979. LICHEN fronde convexa, oris plicatis, ramis brevibus, obtuse lobatis. †

Lichenoides Eryngii folia referens, tenuioribus & crispioribus foliis CELS. Cat. plant. Upsal. DILENN. p. 212. f. 112.

In alpinis abunde, etiam montanis.

Multa similia Lichenis Eryngii folio, natura subcartilaginea, caules semicavi, conniventibus oris, & undulatis, ramosi, ramis in summo complicatis, & multiplicatis, crispa facie.

Ramorum fines in tres quatuorve obtusos quasi pedes terminati. Cilia mihi nulla.

1980. LICHEN corniculatus planus, ramulis capillaribus, scutellis petiolatis.

Muscus alter πλατυπυκνοστύλλος COLUMN. Ephraf. I. p. 334. 335.

Muscus arboreus pyxoides pilosus LOESL. p. 171. ic. 50.

Lichen cinereus arboreus, marginibus fimbriatis VAILLANT. t. 20. f. 4.

Lichenoides hispidum majus & rigidum, scutellis nigris DILLEN. Sylv. p. 150. t. 20. f. 45.

Lichen foliaceus erectifolius, lacinias linearibus ciliatis, scutellis pedunculatis, crenatis LINN. p. 1611.

Iconem dat TOURNEFORT. t. 325. C.

Ad arbores pervulgaris.

Cespites facit liberos, & foliaceam expansionem fatis similem habet Leucomelani, cauem duplicatum, in extremis apertum & palmatum, colore cinereo, glauco, etiam fusco, inferne albo. Divisio peracuta est, fimbriis capillaribus, recurvis. Scutellæ in summis ramis, & in caule, per vetustatem petiolatae, aliæ sessiles, grandes, subnigræ, ora alba, per ambitum saepe ferrata & crenata, aliæ verrucis obsitæ.

X 2

β. Quando

- | | |
|---|--|
| i) Subasperum, deinde dulcem CL. CRANTZ. Mat. med. p. 86. | p) BARTHOL. Med. Danor. domestic. p. 77, BORRICH. HIARN. |
| k) ibid. | q) HARMENS Med. Lapon. p. 17. sq. K. Acad. wetensk. bandl. 1744. n. 3. |
| l) ibid. | r) HORREBOW. |
| m) BAEYNE. | s) IDEM p. 105. BORRICH. K. swensk. Acad. I. c. |
| n) HIARN. swensk. wetensk. Acad. p. 173. BARTHOL. LIN. med. domestic. | t) HARMENS. |
| o) K. wetensk. Acad. bandl. 1743. p. 106. | u) IDEM. |
| | x) HIARNE. LINN. |

3. Quando per pluvias intumuit, tunc totus virescit, & videtur esse *Lichenoides foliolis pilosis crassioribus, obscure virentibus, scutellis fuscis* DILLEN. *Sylv. III.* p. 74. n. 68.

1981. LICHEN lacunosus, complanatus, ramis acutissimis, orbiculis farinosis, marginibus frequen' illimis.

Lichen pulmonarius, arboreus, angustifolius, scutis in marginibus foliorum VAILLANT. t. 20. f. 13. & 14.

Lichenoides segmentis angustioribus, ad margines verrucosis & pulverulentis DILLEN. *Sylv. p. 172.* t. 22. f. 63.

Lichen foliaceus erectus, compressus, ramosus, farinaceus, lateribus verrucosis LINN. p. 1613.

Ad arborum ramos exaridos frequens.

Caules plani, lacunosi, molles, minus tamen conspicui & firmiores, quam in 1980. minusque vagi, ramosi, angusti, eadem fere ubique latitudine, unius circiter lineæ; rami ultimi acute bicornes. Inferne concolor lichen, & paulum cavus, & levis. Color albidus cum aliquo virore. Ad latera orbiculi albi, seminales, farinosi, frequentes. Scutellæ nullæ.

?1982. LICHEN.

Lichen cornua Dame referens, angustifolius VAILLANT. t. 20. f. 7.

Lichenoides corniculatum candidum molle, segmentis angustis DILLEN. p. 158. t. 21. f. 54.

Valde dubito, differre a priori, cum plantam DILLENII coram habeam. Aliquanto durior, longior, gracilior, perinde farinosis orbiculis, ad ramorum oras insignis. Rarissima sunt scuta.

1983. LICHEN utrinque lacunatus, complanatus, farinosus, & scutellifer.

Muscus alter querulus latifolius, Coralloides αφυλλος COLUMN. I. p. 334. 335.

Muscofungus arboreus, capitulis rostratis HIST. OXON. III. f. XV. t. 7. f. 5.

Lichen cinereus latifolius ramosus VAILLANT. t. 20. f. 6.

Lichenoides coralliforme rostratum & canaliculatum DILLEN. p. 170. t. 21. f. 62.

Lichen foliaceus, erectus, linearis, ramosus, lacunosus, convexus, mucronatus LINN. p. 1613.

Ad arbores.

Ali quanto priori latior, magis lacunatus, perinde divisus, sed ad marginem ramorum, ex brevi quasi petiolo fert scutellas leviter cavas, subrotundas.

DILLENIUS suspicatur, alterum esse prioris sexum.

1984. LICHEN complanatus, utrinque laçunosus, undique farinosus.

Muscus arboreus ramosus L. B. III. p. 764. VAILLANT. t. 20. f. 11.

Lichen pulmonarius mollior, dichotomus, superne cinereus, inferne albus, receptaculis florum interna parte ferrugineis MICHELI p. 75. t. 36. f. 13.

Lichenoides cornutum, bronchiale, molle, subtus incanum DILLEN. p. 160. t. 21. f. 55.

Lichen foliaceus erectusculus, lacunosus, subtus tomentosus, albus LINN. p. 1614.

Ad arbores siccas ubique.

A priori 1983. dissentit foliis plerumque latioribus, & superne lacunatis, & inferne, superne subvirescens aut flavescens, inferne albus. Divisio in ramos obtusos, in fine breviter bicornes. Junior valde acute y), breviter, & confertim divisus est. Exempla farinifera maculas albas rotundas & ovales habent, tum in oris & marginibus, tum etiam in folii ipsa planicie. Scutelliferæ prioris exemplis simillimæ, quas DILLENIUS misit, ut ægre separem, duriores, breviores, cæterum scutellis ex margine petiolatis.

Ad pulverem cyprium recipitur, in pulverem redactus z).

1985. LICHEN utrinque lacunosus, fronde latissima, scutellis uberrimis.

Muscofungus arborum angustior pultaceus & scutellatus HIST. OXON. III. p. 632. f. XV. t. 7. f. 3.

Lichen cinereus, Laetula folio TOURNEFORT. t. 325. A. B.

Lichen pulmonarius rufescens, durior, in amplas laciniis divisus MICHELI p. 74. t. 36. f. 1.

Lichenoides longifolium rugosum, rigidum DILLEN. *Sylv. p. 165.* t. 22. f. 59.

Lichen foliaceus erectus, oblongus, lanceolatus, sublaciniatus, lacunosus, glaber, scutellis subpedunculatis LINN. p. 1614.

In sylvis montanis.

Varia est amplitudine, nam habeo biuncem latum, cum scutellis dodrantalibus. Diversis est, utrinque concolor, flavescens, utrinque lacunatus, inferne profundius, ultimis

y) VAILLANT. t. 20. f. 15.

z) DEIKAN. des odors p. 427.

ultimis corniculis brevibus, difformibus. Non aliis frequentiores scutellas profert, quæ in principio verrucarum similes, sensim expanduntur, rotundæ, in aciem terminatæ, vel petiolo aliquo præditæ, & in oris, & in planicie frondis sparsæ. Seminalis farina nonnunquam passim per medium frondem sparsa. Vidi spinas frequentes de fronde erigi, conicas, etiam ramosas, quæ in scutellas abirent.

β. Lichen pulmonarius cinereus, mollior, in amplas laciniias divisus I. R. H. t. 325. MICHELI &c.
Muscofungus arboreus, tenuior, scutellis, vel capitulis cavis HIST. OXON. III. p. 634. t. 7. f. 9.
& f. 5. 19.

Non credo vere differre, et si ex cinereo viret, & mollior est, & scutellarum numero superat.

*1986. LICHEN lacunatus, inferne gibbosus, reticulo farinoso, scutellis lateralibus.

Pulmonaria DORSTEN. p. 240. FUCHS p. 637. MATTHIOL. p. 139. *arborea* MALPIGHII f. 106.

Lichen arboreus ALDROVAND. p. 123.

Muscus pulmonarius BLAKWELL. t. 353.

Lichenoides pulmonarium, reticulatum, vulgare, marginibus peltiferis, DILLEN. SYLV. p. 212.
t. 29. f. 113.

Lichen foliaceus laciniatus, obtusus, glaber, supra lacunosus, subtilis tomentosus LINN. p. 1612.
Monstrum ejus Musci Eph. Nat. Cur. Dec. I. num. 2. obs. 50.

Ubique in sylvis ad arbores, potissimum grandiores.

Amplissimus hujus ordinis, fronde libera, lata, angulosa, sed parum, neque valde repetito, divisa. Totus Muscus nummi bracteati modo, hinc eminentibus lineis in reticulum intricatis percursus, mediisque valleculis, inde subjectis sub valleculas colliculis. Lineæ reticulatae supremæ frequenter polline seminali efflorescent. Scuta floralia in nostris rariora a), non maxima, fere in oris foliorum.

Amarus est. Extractum resinosum copiosum, sapore ingratu b), colorem plantæ viridem continet. Sapa aquosa mucescit. Adstringentem c) vim habet. & ob amarorem suum in Cerevisia, lupuli d) loco, incoquitur. In *Dalia Fabluncensis* farina hujus Lichenis ad debilitatem pectoris e) curandam adhibetur, nostris ignota.

β. Lichen arboreus, seu Pulmonaria arborea minor & angustifolia MICHELI p. 86. t. 45.

*1987. LICHEN lacunatus, exasperatus, inferne villosus, scutellifer. †

In CAMERAR. Epitome p. 783. ad ζ.

Lichen pulmonarius saxatilis, fusco rufus, receptaculis florum albidis MICHELI p. 84. t. 43.

Lichenoides polychides villosus & scabrum, peltis parvis DILLEN. SYLV. p. 199. t. 27. f. 101.
& *Lichenoides fuliginosum* & priverulentum, peltis parvis EJUSDEM p. 198. t. 26. f. 100. ex
fide speciminum a Cl. Viro ad me missorum.

Ad rupes in sylva supra Ostermundigen. Circa les Plans.

Minor quidem frons, quam priori, ampla tamen. Rami plani, obtuse & parum ramosi. Totus Lichen superne fusco cinereus est, lacunatus, villo passim concolore. Cespites villi ad lentem vitream inspecti ramosi sunt. Inferius totus Lichen scaber est, duro villo & brevi, subfuscus, in quo passim albos circulos depresso reperias. Addit DILLENIUS, peltas exiguae, sive scutellas perpendicularares, ad oras foliorum, in summis ramis elevatas.

In Lichene 102. DILLENIUS scutellas pingit, quem vero ad me misit, is nostri certe est simillimus.

V. LICHENES FOLIIS AMPLIS & LIBERIS.

ANTILYSSI.

1988. LICHEN fronde subrotunde lobata, inferne reticulata, peltis convexo concavis.

Muscofungus terrestris latifolius cinereus, Hepaticæ facie HIST. OXON. III. t. 7. f. 1.

Lichen pulmonarius saxatilis digitatus VAILLANTII t. 21. f. 16.

Lichenoides digitatum cinereum, lactucæ foliis sinuosis DILLEN. p. 200. t. 27. f. 102.

Lichen foliaceus repens, lobatus, obtusus, planus, subtilis venosus, villosus. pelta marginaliter
adcedente LINN. p. 1616.

Lichen cinereus BLAKWELL. t. 336.

Ad terram locis macilentis, & ad vias inque sylvis, inter Muscos: a quibus perforatur.

Frons

a) Etiam in Anglia DILLEN. p. 213. Germania RUPP.

p. 375. In Carniola frequentia SCOPOLI p. 102.

b) NEUMAN. edit. ZIMMERMAN. p. 992.

c) C. HOFMAN. med. officin. p. 447.

d) GMELIN. Sibir. Reis. III. p. 426. 427.

e) HULPMERE Dal. p. 102.

Frons ampla, lobis subrotundis, liberis, imbricatis, superne cinerea & levis, inferne rete nigricens per album Lichenem edicit, ex quo radiculae undique descendunt. Peltæ rariores, sive semicava & semiconvexa scuta, rotunda, subrubentia, plicata & erecto plantæ margini adnata.

Sapor ingratus & mucidus. Et quæ aqua extrahit, & quæ vini spiritus, inertia sunt & nauseosa, odore ingratu: extractum aquosum dulce & amaricans, spiritu ossum subacre, quasi melleum f). Igne subjecto aquam acidam stillat ex drachmis 32. ad drachmas 13. cum semisse; tum olei drachmas duas cum semisse. In cinere sal fixus est g).

Olim a Roberto MORAY b) hujus plantulæ vis adversus morsum canis rabidi laudata fuit, & refertur, canes nobilis Viri universos, cum a rabiose cane demorsi fuissent, eo remedio fuisse sanatos i). Inde cum nigri piperis dimidia portione pulvis fit Antilyssus LONDINENSIMUM, cuius boni effectus passim in Anglia k) laudantur, & cujus dosis quatuor l) est scrupulorum. Non quidem perpetuam ejus pulveres virtutem esse dixerim, qui in nuperis exemplis m) iners sit repertus, ut MEADIUM n), quo auctore potissimum inclaruit, solo urinæ ciendæ fine eo remedio usum fuisse CL. LAYARD excusaturus moneat.

*1989. LICHEN fronde obtuse lobata, inferne scabra, maculis rotundis varia. +
Lichenoides pubnoveum villosum, superficie scrobiculata & peltata DILLEN. p. 216. t. 29. n. 114.
 Accedit insigniter ad primos illos Lichenes antilyssos, foliis planis, expansis, longis lobis, rotunde & obiter divisis, cætera levissima superficie, virescente sublutea. Oram laciniarum albi orbiculi farinosi sæpe subliniunt, & similes alii passim per superficiem frondis sparguntur. Inferne villo brevi percurritur, extus albidos, intus subniger, sed una rete adeft, ut in antilyso, tamen obscurius, quod absque radiculis fiat albidis, nudis, particulis, fere rotundis, inter fuscum Lichenis villosi sparsis.

*1990. LICHEN fronde rotunde lobata, inferne villosa, peltis erectis convexo concavis. +
Icon BARRELLER. 1278. n. 1.

Lichen pulmonarius saxatilis digitatus VAILLANT. t. 21. f. 18.

Lichen pulmonarius major, inferne obscurus, desuper e cinereo virescente, receptaculis florum nigricantibus, primis circinatis, deinde teretibus MICHELI p. 85. t. 44. f. 2.

Lichenoides digitatum rufescens, foliis lactucae crissis DILLEN. p. 203. t. 27. f. 103.

Vulgo ad radices arborum, ad terram & ad lapides.

Ut in priori 1988. frons perampla, libera, passim a Muscis perforata, rotunde lobata, oris magis introrsum tractis: superne viridis est, & per ætatem denique subspadiceus; inferne obscurius reticulum habet, & radiculas frequentissimas. Peltæ fiunt ex summis ramis se convolventibus, erectis, a piano frondis in speciem digitii sedentibus. Fungosa natura, ex fusco rubens, hanc peltam superne incrustat, ut deradi possit.

1991. LICHEN fronde rotunde lobata, peltis planissimis.

Lichen pulmonarius fungoides BARRELLER. n. 1278. ic. I.

Lichen pulmonarius maximus cinereus, inferne albus & niger reticulatus, receptaculis florum rubris, transversim oblongis MICHELI p. 83. n. 9.

Lichenoides subfuscum, peltis horizontalibus planis DILLEN. p. 205. t. 28. f. 104.

Eiusdem Lichenis mihi varietas videtur. Folia enim, postquam de terra deceperunt, venas spadiceas in extremis ramis vix ulla habent, eamque faciem levem, albam, concolorem, rufamque, cum in parte terræ adfixa reticulum radicatum superfit. Deinde scuta, quæ fuerant plana, per ætatem convolvuntur & fiunt teretia.

Hæc species mihi minor videtur, scuta grandiora, sature rubra, oris albis, & subtus radiculas cirrhosas habet. Denique pollen seminalis ex ambitu peltarum, & de extremis ramis, digitatim divisus, per senium erumpit. Verrucæ demum in toto ordine frequentes sunt. Ita factum est, ut LINNÆUS, neglecta illa subtilitate, unicam pro tribus speciem fecerit, non male, ut puto.

1992. LICHEN

f) CARTHESUSER. Mat. med. ed. nov. T. II. p. 448. sqq.

g) MEAD. poisons p. 168.

b) BIRCH. Hist. of Reg. Societ. T. II. p. 492. T. III. p. 19.

i) T. III. p. 19.

k) Phil. Trans. n. 443. 448. n. 5. Conf. OLDENBURG ad RAJUM epist. p. 110. MEAD. I. c.

l) ibid. n. 236.

m) JAMES of canine madnes. p. 227.

n) Bite of a mad. dog. p. 75.

*1992. LICHEN fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne villosa.

Muscus pulmonarius, corpusculis fuscis papillatus LOESEL. p. 172. n. 474.*Lichen pulmonarius maximus, verrucosus, superne e cinereo virescens, inferne obscurus, receptaculis florum rubris & circinatis* MICHELI p. 85.*Lichenoides digitatum, late virens, verrucis nigris notatum* DILLEN. Sylv. p. 207. t. 28. f. 106.*Lichen foliaceus repens, lobatus, obtusus, plenus verrucis sparsis, pelta marginali adscendente.*

LINN. p. 1616.

Vix opinor vere diversum esse, vulgarem Lichenem, de cuius levi superficie verrucarum acervi passim efflorescunt. Subtus villosum esse & radices absque reticulo emittere DILLENIUS, & omnino saxe ita se habet, ut intus tantum niger sit, rete tamen etiam vidi. Peltae meis parvæ, rotundæ, per senium digitatæ.

Decoctum sursum deorsum purgare vermesque necare LINNÆUS o).

*1993. LICHEN flabelliformis, subtus reticulatus, scutellis marginalibus planis.

Lichen pulmonarius minimus, inferne albus & niger reticulatus, superne cinereo virescens, receptaculis florum nigricantibus, ad latera oblongis MICHELI p. 85. t. 44. f. 3. & p. 86. n. 13. t. 44. f. 5.*Lichenoides parvum virescens, peltis nigricantibus planis* DILLEN. p. 208. t. 28. f. 109.*Lichen foliaceus repens, ovatus, planus, subeius venosus, villosus, peltis marginalibus horizontalis* LINN. p. 1615.

In cavarum semitarum marginibus adclivibus, inter Schlieren & Oberscherli, & ad dextra viæ per sylvam Graubholz.

Radiculæ colliguntur in unum quasi perbrevem pediculum. Ex eo frons paulatim palmatim expanditur, superne virens, alba subtus cum nigro reticulo. Per ambitum peltae rotundæ, nigerrimæ, leniter excavatæ. Totius ordinis minimus est.

*1994. LICHEN fronde rotunde lobata, plana, subtus venosa, miniata.

Lichen foliis subrotundis planis, levissime incisis, calycibus orbiculatis, disco folii adnatis, planis LINN. Flor. lapon. n. 443. t. 11. f. 3.*Lichenoides subtus croceus, peltis adpresso* DILLEN. Sylv. p. 221. t. 29. f. 120.*Lichen foliaceus repens subrotundus, planus, subtus venosus, villosus, croceus, peltis sparsis adnatis* LINN. Spec. p. 1616.

Icon. OEDERI t. 263.

Elegans Lichen in monte Pindnerberg a Cl. GESNERO lectus est, in monte Speluga a Cl. DICKIO, a diversorio versus Chiavennam. In monte Brevanne a Gen. DE SAUSSURE.

Lobi pariter plani, breves, & subrotundi, sed durior natura, reticulum inferne venis subfuscis factum, & villus totam superficiem occupans, miniatus & brevis. Scuta atro spadicea, perampla, orbiculata, planissima, frondi mediæ insident.

VI. ALII FRONDE ROTUNDA, PARUM RAMOSA, LIBERA.

PULMONARI.

*1995. LICHEN fronde coriacea, rotunde lobata, scutellis immersis.

Lichen pulmonarius alpinus, terrestris, glauco virescens, receptaculis florum fuscis, MICHELI p. 91. t. 12. f. 1.*Lichenoides lichenis facie, peltis acetabulis immersis* DILLEN. p. 221. t. 30. f. 121.*Lichen foliaceus repens subrotundus, peltis depresso*, subtus saccatis LINN. p. 1616.

In Helvetia frequens, ad rupes; circa Panex, S. Tryphon, les Fondemens. In rupibus mont. Pinzberg, supra Wabera ad rivum, in alpibus Aquilejensibus ubique.

Habitus satis cum priori ordine convenit, coriaceus & lacerabilis, fronde rotunde lobata, parum divisa, viridi, inferne albida ex rubello, & glabra. Scuta nigra, profunde in ipsam frondem depressa, inferne respondentes habent gibbos.

*1996. LICHEN fronde cinerea, inferne lacunata, arbusculis superne nigris.

An *Lichen crustæ modo saxis adnascens, verrucosus, cinereus, & veluti deustus*, VAILLANT. t. 20. f. 6?

Lichen pulmonarius saxatilis, inferne reticulatus & lacunatus, superne cinereus & verrucosus, receptaculis florum, & seminibus nigricantibus MICHELI p. 89. t. 47.*Lichenoides pustulatum cinereum & veluti ambustum* DILLEN. p. 226. t. 31. f. 121.*Lichen foliaceus umbilicatus, subtus lacunosus* LINN. p. 1617.

Cl. Ga-

*) Purg. indig.

Cl. GAGNEBIN prope Wasen Uriorum. Aliunde etiam habeo.
Ad sequentem accedit, tamen diversus.

Cresta plana, lobis subrotundis. Superne totus pustulatus est, convexis bullis cinereis & livescientibus, subinde etiam verrucarum acervis. Inter eas nigerrimae arbusculae erumpunt, quæ late oram occupant. Inferne pullus est & cinereus, totus lacunatus, rete eminenti & interceptis foveis, quæ superioribus bullis respondent, intus atris.

*1997. LICHEN fronde coriacea, inferne pustulata, villosa, scutellis atris. +
Lichenoides coriaceum, latissimo folio umbilicato & verrucoso DILLEN. p. 545. t. 82. f. 5.
Lichen folio subrotundo peltato, margine fere integro, subtus maxime hispidus Flor. lapon. n. 454.
DILLEN. Sylv. p. 222. n. 122.

In Bructero monte legi.

Coriacea natura ei est, crassior, quam congeneribus, minusque lacerabilis. Latissima fronde est, parum divisus, lobis obtusissimis. Facies duæ, superna cinerea, globulis concoloribus conspicuis. Per eam sparguntur impressæ in naturam Lichenis scutellæ, variae magnitudinis, nigerrimæ, rotundæ, ad lentem vitream tuberculofæ. In altera facie, quam habeo pro prima, innumerabiles radiculæ albæ, vel fuscae, demum nigrae, ramosæ, efflorescent, interque eas fasculi, ut in 1996. in pustularum hemisphericarum modum expressi, qui scutellis respondent.

*1998. LICHEN fronde rotunde lobata, inferne nigerrima, glebofa.

Lichen pulmonarius saxatilis, e cinereo fusco minimus VAILLANT. t. 21. f. 14.
Lichenoides coriaceum cinereum, peltis atris compressis DILLEN. p. 219. t. 30. f. 17.
Lichen foliaceus umbilicatus, undique levis LINN. p. 1618. It. Wästgoth. p. 217.

STÆHELINUS olim misit, locum vero natalem ignoro.

Durus, plus quam coriaceus, lobis obscuris, obtuse per oram crenatis. Facies superiore livida, glabra, punctis nigris, seu scutellis demum subrotundis, adpersa. Facies inferior paulum concava, livida, pene nigra, glebulis subrotundis undique adpersa.

*1999. LICHEN fronde imbricata, rotunde lobata, cinerea, punctata, inferne ochrea, subaspera.

Lichen pulmonarius, alpinus, cinereus, punctatus Enn. n. 66. t. 2. f. 2. Emend. III. n. 19.
Lichen pulmonarius saxatilis, e cinereo fusco minimus MICHELI p. 101. t. 54. f. 1.
Lichenoides coriaceum nebulosum, cinereum, punctatum, subtus fulvum DILLEN. p. 223. t. 30. f. 127. Sensit conjungi posse cum 117. Cl. GUETTARD.
& *Lichenoides cornutum*, marginibus eleganter fibrati DILLEN. Sylv. p. 218. t. 29. n. 116.
Lichen foliaceus gibbus, punctatus, subtus fulvus LINN. p. 1617.

In alpinis, ut in mont. Enzeindaz, Prapiez, & subalpinis paulli, ad rupes prope Interlachen, & abunde prope Roche, ad ripas torrentis l'Eau froide.

Multiformis est. Habeo simplicem quasi cotylam, pezizæ similem, excavatam; habeo densos cespites, ex imbricatis frondibus factos, quæ elevantur & complicantur. Natura coriacea, per siccitatem fragilis. Color cinereus. Lobi subrotundi. In superficie puncta primo nigra adparent, quibus totus undique notatur: & puncta demum in scutellas nigerrimas, planas, & tuberculatas abeunt. Inferne subasper est, glebulis ochreis, nunquam miniatis.

*2000. LICHEN fronde imbricata, subrotunda, punctata, inferne villosa, atris scutellis.

Lichen ad marginem radicatus alpinus, ex cæruleo nigricans, scutellis nigerrimis Enn. t. 47. f. 4. An *Lichenoides pulutan*, superne glabrum, inferne nigrum & cirrhosum DILLEN. p. 226. t. 30. f. 129? Omnino accedit.

Lichen foliaceus polyphyllus, utrinque levis, polyrrhizos LINN. p. 1618.


Ad rupes de l'Eau froide, prope Roche.

Insignem esse suspicor varietatem præcedentis. Facies eadem omnino, livida, superne punctata, scutellisque plena petiolatis, aterrimis. Inferna facies subcarnea, in centro cespitis glabra est, sed in ambitu radiculis ramosis, crassis, dense efflorescit, & eaque radiculæ in nonnullis exemplis de marginibus frondis ita exeunt, ut ciliati videantur.


*2001. LICHEN lapideus, crispus, utrinque coloris schistei.

An Li.


Tom. III. Tab. 47. pag. 88.



f. 1.




f. 2.




f. 3.




f. 4.




f. 5.



f. 6.



f. 7.




f. 8.



f. 9.



f. 10. f. 9d. Hermann Schulz. Gottingen Sculptor.



An *Lichenoides tenuis*, sed nostrum crassum est, *nullum*, *foliis utrinque glabris* DILLEN. p. 225.
t. 30. f. 129?

Lichen foliacetus polypyllus, *utrinque levis*, *crenatus* LINN. p. 1618.
Habeo ex alpibus, & ex Bruero monte.

Iterum ad fine priori, diversum tamen.
Dura ei natura est, etiam in recente planta, cornea, & ægre fragilis. Rosulae imbricatae, fine crispo, furculis acutius bifidis. Color totus saturate ex cæruleo lividus, inferne similis.

*2002. LICHEN fronde rotunde lobata, virente, inferne scabra. †

Muscofungus lichenoides scutellatus, *ex cinereo viridis* HIST. OXON. III. p. 633. t. 7. f. 3.
Lichenoides late virens, *scutellis fulvis* DILLEN. t. 25. n. 98.

In alpibus ad terram putridumque lapidem fissilem.

Crusta frondosa magna, lobis brevibus subrotundis. Pars superior levis, viridis, co-
riaci per ætatem coloris. In ea per interiora cespitis verrucæ efflorescent, quæ
fensim evolutæ, in maximas scutellas abeunt, demum convexas & multifidas, e
cervino rubras; demum fuscas. Facies inferior cervina, breviter villosa & quasi
arenosa. Interior pars cespitis radiculas ramosas denso ordine emittit.

*2003. LICHEN pulmonarius latifolius, utrinque glaber, inferne lignei coloris, scutellis
fuscis depresso, polline flavescente rubro aurantio adspersus. †

Cl. RAMSPEK circa Ragaz.

Plura non adnotavi. An n. 1994.

2004. LICHEN fronde rotunde lobata, inferne scabra, arbusculis obscuris.

Lichen pulmonarius arboribus adnascens maximus, *inferne obscurus*. *desuper e glauco cinereus*,
receptaculis florum rubris, *semibus nigricantibus* MICHELI p. 88. t. 46.
Lichenoides subglaucum, *cumatile*, *foliis tenacibus*, *eleganter laciniatis* DILLEN. p. 197. t. 26.
f. 99.

In terra & Muscis paucis.

Habitus prioris 2002, rose amplæ, planæ, glancæ, lobis in ambitu eleganter laciniatis, medio cespite elevato, superficie levi; natura coriacea. Scutellæ disco rubro, limbo glauco. Deinde in nonnullis exemplis plurimæ arbusculæ acervatæ, obscure virides, per superficiem superiore sparguntur. Inferna superficies concolor, sca-
bra, villo brevi. Ita in exemplo ab ipso DILLENIO misso.

Eo vermes expulsi, qui musæ suecæ erant larvæ LINN. p.)

2005. LICHEN fronde rotunde lobata, rugosa, inferne atra & aspera.

Muscofungus lichenoides, *crista modo adnascens*, *major*, *cinereus*, HIST. OXON. III. p. 633.
f. XV. t. 7. f. 4. non bene.

Lichen pulmonarius saxis & arboribus adnascens major, *inferne nigricans*, *superne ex sulfureo*
cineretus, *receptaculis florum amplioribus*, *interne fordide & obsolete viridibus* MICHELI
p. 89. t. 48. f. 1.

Lichenoides caperatum, *roseace expansion*, *e sulfureo virens* DILLEN. p. 193. t. 25. f. 97.

Lichen pallide viridis, *rugosus*. *margine undulatus* LINN. p. 1024.

Ad saxa vulgaris.

Crusta late expansa, plana, nisi quod in centro cespitis collectæ frondes in intestino-
rum modum colligantur, colore sulfureo. Cæterum plana sunt folia, ambitu ro-
tunde lobato, subcrenato, paulo interius, nequæ in margine, in plicas contracto,
in centro toto verrucoso. Scutellæ per medianam frondem cavæ, magnæ, margine
verrucoso, ora loborum saepe opere verrucoso & pulverulento terete elevata. In-
ferna superficies nigra est, ad oras levis & subspadicea, interius gleboſa & atra.

*2006. LICHEN viridis concolor, scutellis planis. ferratis. †

In arborum corticibus.

Crusta late expansa, lobis obtusis, subrugosa, ut in caperato, late viridis, inferne ad
oras fusca & levis, interius anthracina, carne nivea. Scutellæ numerosæ, oris fer-
ratis, per ætatem planæ, concolores.

2007. LICHEN fronde laciniata & crista, inferne atra & aspera.

Lichen

p) Tænia p. 10.

Z

Lichen pulmonarius saxatilis cinereus minor, umbilicis nigricantibus VAILLANT. t. 21. f. 12.
Lichen pulmonarius criffis, inferne nigerrimus & glaber, superne cinereus, receptaculis florum subobscuro MICHELI t. 50. f. 1.

Lichenoides Endivie foliis criffis & splendentibus, subtus nigricantibus DILLEN. p. 192. t. 25. f. 96.

Lichen foliaceus depressus, lobatus, glaber, margine criso farinaceo LINN. p. 1615.

Ad arbores passim legi. Ab dem Kallen STAHELIN.

Crusta orbicularis ampla, tenuius divisa, quam in paulo priori, lobis longioribus, laciniatis, etiam crispis & duplicatis. Superficies pene æquabilis, absque plicis prioris Lichenis 2005, tamen nonnunquam leviter lacunata. Color glaucus, aut subluteus, cum splendore quasi gummeo. Scutellæ parvæ, exiguo foramine. Facies inferior ad oras exalbida, inde spadicea, denique in centro scabra & nigerrima.

*2008. LICHEN fronde rotunde lobata, glauca, polline concolore scabra, subtus hirta & atra. †

Lichen pulmonarius, querno folio, inferne nigricans, superne cinereus, receptaculis florum foride virentibus MICHELI p. 86. ord. 15. t. 45. f. 1.

Licheni Endivie folio satis similis, laciniis rotunde lobatis, bifidis, trifidisque, cæterum albidus, subcinereus, non, ut in priori 2007. nitens & glaber, sed totus villo, fusco erecto, undique per totam superficiem hispidus. Inferior superficies carbonaria, scabra, oris folis albis. Scutellæ in meis minimæ, albæ, in MICHELIANA iconæ in centro cespitis congestæ, ovatae, leniter cavæ.

*2009. LICHEN cartilagineus, scutellis frequentissimis cervinis, fronde brevi, rotunde lobata. †

Lichenoides cartilagineum, scutellis fulvis planis, DILLEN. p. 179. t. 24. f. 74. ex fide plantæ sicce, nam icon multum est infra nostræ staturom.

Satis respondet figura MICHELI t. 48. f. 2. non perinde nomen, & crassities, sublapidea enim natura addi debuisset.

Novum cæterum esse puto, mere alpinum, ex *Ormond dessus*, humo adnascentem.

Cespes parum foliosus, foliis ex cinereo virentibus brevibus, rotunde & eleganter lobatis, fere ut in duobus, quas modo descripsi, Lichenibus, robustis, ad seminam crassis, alba natura, subtus nigra. Scutellæ copiosissimæ in centro cespitis congestæ, quem pene totum efficiunt, ora eminente cinctæ, concolores, cervinæ, in quibus viridem colorem minus, quam in fronde, adgnoscas. Humo schistosæ ita vehementes adhæret, ut vix separet.

*2010. LICHEN foliis angulosis imbricatis, calcariis, spadiceis *Enum.* p. 82. 105. f. 7. †

Lichen pulmonarius terrestris clypeatus minimus & indivisus virescens MICHELI t. 4. f. 3. ord. 36. & *Lichenoides &c.* DILLEN. n. 135. cum a me habuerit.

Lichen 133. EJUSDEM. quod ad iconem, color enim recedit.

Circa Interlachen, les Plans, Enzeindaz, &c.

Foliaceus est hactenus, quod folia habeat imbricata, multangula, etiam semitrilobata, castanei coloris, crassæ naturæ, tartareæ, subtus albo polline adpersa. In quoque scuto, five folio, duo, aut plura puncta nigricantia. Nulla alia folia habet, & nuda hæc, five scuta, seu folia, in Muscis inque terra congregantur.

Etsi folia præter scuta non videtur habere, suspicor a 2009. non fatis differre q).

2011. LICHEN subviridis, fronde semipinnata, rotunde lobata, lineis pulverulentis reticulata, inferne scabra carbonaria.

Muscofusus lichenoides minor vulgarissimus HIST. OXON. III. p. 634. t. 7. f. 6.

Lichen pulmonarius, foliis eleganter divisis, inferne nigerrimis & cirrhosis, superne lacunatis, & glauco cinereis MICHELI p. 92. t. 49. f. 1. & C. C. D.

Lichenoides vulgarissimum cinereo glaucum. lacunatum & cirrhusum DILLEN. Sylv. p. 188. t. 24. f. 83.

Lichen imbricatus, foliolis sruatis, scabris, lacunosis, scutellis folio concoloribus LINN. p. 1619.

Ad arbores vulgarissimus.

Cespes, ut in hac tota classe, in margine foliosus, scutellis in centro congestis. Folia superne ex atro glauca, tota exasperata lineis asperis & albis, polline plenis, per oras in cornua quasi divisa, angulosa & varia. Scutellæ partim concolores, partim etiam

q) Emend. III. n. 22.

LICHEN. VI. PULMONARIUS.

91

etiam spadiceæ, ora alba. Inferne carbonario villo totus adspexitur. Totus fucus est & friabilis.
Violaceo colore tingit r).

*2012. LICHEN crispus, convolutus, fronde olivacea, scrobiculosa, marginibus polliniferis. †

Timidius propono, cuius unicum mihi exemplum sit, ex *Jura* monte.
Frons virescens, obscure flava, crispa, convoluta passim, etiam scrobiculis effossa, finibus angulosis, laciniatis, acutis. Passim per extremos margines revolutos pollen albus. Inferne Lichen concolor est & levis, etiam fuliginosus & niger.

*2013. LICHEN fronde semipinnata, rotunde lobata, olivacea; scutellis levibus. †

Lichen pulmonarius saxatilis, *sutus nigricans*, *desuper Olivæ conditæ colore*, *receptaculis florium concoloribus* MICHELI p. 89. t. 51. f. 19.

Lichenoides olivaceum, *scutellis levibus* DILLEN p. 77. t. 24. f. 77.

Ad arbores abunde.

Cum sequente multa communia habet, tamen diversus. Multo major est, majoribusque foliis, perinde eleganter & rotunde divisis, colore ex ochreo fusco, etiam saturatiori, non sine nitore. Sed frequentissime violatur, ut albus color intercedat. Deinde in centro cespitis concolores verrucæ undique congeruntur. Scutellæ planæ, colore subsanguineo, ora alba, revoluta. Inferne albo colore est, qui tamen frequenter decedit, ut frons ex nigro & albo varius adpareat.

2014. LICHEN fronde semipinnata, rotunde lobata, olivacea, pulla, scutellis crenatis.

Lichen crista modo arboribus adnascens olivaceus VAILLANT. t. 20. f. 8.

Lichenoides olivaceum, *scutellis amplioribus verrucosis* DILLEN. Sylv. p. 84. t. 24. f. 78.

Lichen imbricatus, *foliolis lobatis nitidis*, *viridis* LINN. p. 1610.

Ad Cerasos vulgatissimum.

Concinni quid habet, planissimus, cortici accurate adglutinatus, cum prior tamen liber sit, minor etiam, & tenerior. Color est olivaceus, ut tamen minus de viridi habeat, saturatus idem, cum nitore; lobi subrotunde incisi, & eleganter. In cespitis interiori parte verrucæ, ut in priori, copiose. Scutellæ magnæ, multo frequenter, planiusculæ, etiam excavatae, circinatæ rotunditatis, ora papillis undique perforatis eleganter aspera, aut ferrata. Inferne totus carbonarius est, & villosus.

2015. LICHEN fronde profunde laciniata, semipinnata, rotunde lobata, crasse villosa, scutellis peramplis.

Lichen pulmonarius saxatilis, *tenuiter laciniatus*, *elegantis sulfurei coloris* BUXBAUM. Centur. II. t. 7. f. 3.

Lichenoides imbricatum viridans, *scutellis badiis* DILLEN. p. 180. t. 24. f. 75.

Lichen imbricatus, *foliolis multifidis*, *obsolete albis*, *levibus*, *centrifugis*, *scutellis rufo fuscis* LINN. p. 1609.

Ad arbores & faxa vulgo.

Habitus, quam sequentibus major, & cespites ampliores; color subviridis cum glaucedine. Lobuli longi, rotunde & eleganter laciniati. Facies inferior nigra, breviter villosa, ad oras glabra. Scutellæ amplæ, rotundæ, sanguineæ, ora virente, in centrum cespitis congestæ. In eodem centro cespitis frequenter insignis reperitur proventus cylindrorum dense stipitorum, concolorum, totam superficiem asperam reddentium. Est etiam, ubi in eodem centro elevati & imbricati brevissimi lobuli foliosi magna copia congeruntur. Id, ut puto, centrifugi nomini locum dedit. Sed id ipsum cum multis Lichenibus commune est.

*2016. LICHEN fronde cinerea, profundè laciniata, rotunde lobata, scutellis nigris. †

Lichenoides glaucum orbiculare, *segmentis laciniatis*, *scutellis nigris* DILLEN. p. 177. t. 24. f. 71.

Ampliores facit rosulas, foliis est latioribus; color glaucus, etiam viridis, sicca natura.

Lobi obtusiores, subrotundi, latiores. Scutellæ majores glaucæ, inde nigræ, margine cinereo, tumente. Passim polline virente, aut albo, in centrum cespitis congesto, demum congestis novis foliis imbricatus & squamofus exasperatur.

Nimis vicinus praecedentis, ut ex collectis DILLENIANIS exemplis confirmor.

2017. LICHEN fronde cinerea, profundius divisa, laciniata, obtuse lobata, scutellis glau-
cis nigrescentibus.

Lichen pulmonarius vulgarissimus, superne albo cinereus, inferne nigricans, segmentis angustis

et eleganter divisis, receptaculis florum nigerantibus MICELI p. 91. t. 43. f. 2.

Lichenoides cinereum, segmentis argutis,stellatis, scutellis nigris DILLEN. p. 176. t. 24. f. 70.

Lichen imbricatus, foliolis oblongis, laciniatis, angustis, cinereis, scutellis pullis LINN. p. 1611.

Ad arbores ubique vulgaris.

Frondes huic, quam hactenus dictis Lichenibus, angustiores, quod idem in sequentibus
speciebus redibit. Rosulæ etiam planæ minorem latitudinem occupant. Divisio acu-
ta est, foliis in lobos longiusculos semipinnatos & lobulos subacutos divisis. Color
niveus aut cinereus, etiam fuscus, olivaceus. Scutellæ in centro cespitis copiofis-
simæ, rotundæ, ex cœruleo cinereæ, per ætatem pene atræ, margine cinereo pul-
verulento; subtus hic Lichen anthracinus est & villosus.

2018. LICHEN fronde profunde laciniata, cava, cornubus pulverulentis.

Lichen pulmonarius, arboribus adnascens, desuper cinereus, subtus anthracinus, segmentis te-
retibus, tubulosis, crebro divisis, ad extremitates biantibus & velut crista, recep-
taculis florum rubris MICELI ord. 25. t. 50. f. 2.

& *Lichen pulmonarius* arboribus adnascens, desuper cinereus, subtus anthracinus, segmentis te-
retibus, tubulosis, corniculatis, ad extremitatem clavis, receptaculis florum subrubentibus
EJUSD. t. 50. f. 1.

Lichen crustæ modo arboribus adnascens, subcinereus, BUXBAUM. Comm. Acad. Petrop. T. III.
p. 272. t. 14. f. 1.

Lichenoides ceratophyllum obtusum & minus ramosum DILLEN. Sylv. p. 154. t. 20. f. 49.

Lichen imbricatus, laciniis obtusis, subinflatis LINN. p. 1610.

Ad arborum cortices vulgaris.

Rosulas etiam facit, fere ut paulo priores, lobis latis, in semicirculum multifidis,
lobulis dilatatis, palmatis & bicornibus; colore albo cinereo, subtus atro, ora fo-
la alba. Sed totus Lichen cavus est, & lamina superior ab inferiori intervallo di-
stat. Junior clausus est, etiam croceo fine, laminis conjunctis; adultior hiat, &
lamina inferior longius producitur, pollisque plurimus de extremo ramo efflorescit.
Est ubi ramuli palmati, & ad pedis informis similitudinem dilatati finiuntur. Scutellæ
eminentes, breviter petiolatæ, rubellæ. Passim etiam orbiculi, ut in sequentibus,
farinoli. Angustiori habitu in alpibus ludit. Centrum cespitum plicatum est &
rugosum.

2019. LICHEN fronde profunde laciniata, semitubulosa, ciliata. †

a. Absque ciliis.

Lichenoides 48. DILLEN. p. 154. & ord. 29. n. 1. MICELI t. 51.

b. Cum ciliis.

Lichen cinereus minor, marginibus pilosis VAILLANT. t. 20. f. 5.

Lichen pulmonarius, arboribus adnascens exiguis, angustifolius; superne cinereus; inferne albus;

receptaculis florum obscuris MICELI obs. 27. p. 93. t. 50. icon superior.

& *Lichen pulmonarius*, axis & arboribus adnascens, exiguis, ad margines radicatus, super-
ne subcinereus EJUSD. obs. 28. n. 1. & t. 50.

Lichenoides bifidum minus & tenerius, scutellis nigris DILLEN. p. 152. t. 20. f. 46.

Ad arbores vulgaris.

Ex minoribus hujus classis, ceterum multiplici ordine frondium imbricatus, & squa-
matim compactus. Totus albicat, inferne magis. Lobi oblongi, hinc & inde fe-
mipinnati, lobulis obtusis: oræ alias ciliatæ, longiusculis pilis & validis, sæpe ni-
hil quidquam: oras etiam adtrahit, ut cavus videatur, & paulo prioris similis.
Glomerulos rotundos seminum concolorum in principio ramorum habet, ut paulo
prior 2018. Scutellæ coloris obscuri, lividi, subatri, oris albis, visu rariores.

Vere diversus est a priori, & a ciliato majori.

*2020. LICHEN fronde utrinque nigerrima laciniata, scutellis concoloribus.

Lichenoides tinctorium atrum, foliis minimis crassis DILLEN. p. 188. t. 24. f. 81.

Lichen imbricatus foliolis linearibus, dichotomis, planiusculis, acutis, nigris, scutellis atris LINN.
p. 1510.

Dudum in Bructero monte legi, exque alpibus habeo, cum Usnea lanæ nigrae si-
mili.

Aterrimus,

Aterrimus, nitens, siccus, cespitosus, inferne crustaceus, pariter niger, extremis finibus divisis, lobulis obtusis. Insignes scutellæ, quas LINNAEUS minores pingit, ex castaneo nigrae, nitentes, rotundæ, margine paulum elevato.

VII. FRONDE ANGUSTIORI MINUS LIBERA. PSORÆ.

2021. LICHEN fronde rugosa, rotunde lobata, flava concolore.

Lichen Diocoridis & Plinii secundus, colore flavescente COLUMN. Ecphras. I. p. 330. 331.

Lichenoides vulgare sinuosum, foliis & scutellis luteis DILLEN. p. 180. t. 24. f. 76.

In arborum corticibus & ad saxa vulgo.

Crusta arctissime adnata, saepe perampla, folia tamen minuta, in medio cespite imbricata, in extremo laxiora, lobis latis, lobulis rotunde ferratis: cespites in centro ferre rugosus. Scutelle copiosissimæ, breviter petiolatæ, paulum cavæ, concolores, ut tamen crusta tota flava sit. Scutelle etiam altiori colore. Inferna facies incana & alba. Cum aqua & alumine coctus Lichen flavo tingit s) chartas & linum, etiam carneo t), demum pallidius rubro v).

Si idem est Muscus in demortuis arboribus flavescens, adstringit in diarrhoea x).

*2022. LICHEN fronde calcaria, pulposa, miniata, laciniata, lobis linearibus. †

Lichen pulmonarius saxatilis farinaceus, coloris aurantiaci, foliis magis adpresso, receptaculis florum concoloribus MICHELI p. 95. n. 14.

Lichenoides tenuissimum, scutellis exiguis miniatis DILLEN. Sylv. p. 175. t. 24. f. 68.

In alpinis rupibus, Gemmio. Ab dem Kallen STAHELINUS.

Folia pulposa, gracilia sed crassa, obtusa, divisa, calcariae naturæ. Scutelle similes, planæ, congestæ, oris alvis. Color miniatus egregius.

2023. LICHEN fronde laciniata, rotunde lobata, flava concolore.

Lichen pulmonarius saxatilis farinaceus. luteus, vulgarissimus, foliis pulposis, receptaculis florum concoloribus MICHELI p. 95.

Lichenoides cruxosum, orbiculis & scutellis flavis DILLEN. p. 136. t. 18. f. 18.

An *Lichen crustaceus flavus, scutellis luteis LINN. p. 1608?* fed cur Byssum dixisset.

Ad muros & rupes calcemque.

Vulgaris, & a priori 2021. diversissimus.

Crusta lata, folia parva, in medio cespite crispa & elevata, in ora adpresso & explanata, rotunde & obtusissime crenata, crassula, lapideæ indolis, crocea. Scutelle planæ, in centro cespitis.

2024. LICHEN fronde laciniata appressa, cervina concolore. †

Lichen pulmonarius saxatilis farinaceus, glauco virescens, angustioribus segmentis, receptaculis florum griseis MICHELI obf. 30. t. 51. f. 4. &, ut puto, 5.

Lichenoides cruxosum orbiculare incanum DILLEN. p. 135. t. 18. f. 17.

Ad saxa & arbores.

Ad finis priori, minoribus cespitis, foliis accurate adpresso, vix solubilibus, rugosis, lobis parum liberis, tamen ramosis, lobulis obtusis. Color ochroleucus, subcervinus. In medio cespite scutelle numerosissimæ, congestæ, planæ, rotundæ, etiam angulosæ, concolores, ora alba.

In aliis plantis, farina concolor cespitis interiora obsidet.

*2025. LICHEN fronde verrucosa, obscure lobata, viridi. †

In cortice, ex montanis.

Ora crista albissima, levis & simplex, foliaceæ tenuitatis, lobis obscuris est, sed versus centrum cespitis elevatur, fiuntque glebæ depresso, variae figuræ & magnitudinis, aliquæ ad lineam latæ. Scutellas non vidi.

*2026. LICHEN quisquiliarum similis, fronde cinerea, scabra, ramis brevibus acutis, scutellis nigerrimis. †

Lichen terrestris minimus fruticosus, cinereus MICHELI p. 78. t. 53. f. 8.

Circa Bernam passim reperi, muscis quasi innatantem.

Difficilis

^{s)} LINN. Östlansk. resa p. 29. K. wetensk. bandl. 1742. p. 25. 26. DILLEN.

^{t)} Suppl. Flor. Pruss. p. 43.

^{v)} LINN. Verhandl. der Holl. Maatsch. VIII. p. 115.

^{w)} LANGE Remed. Brunsv. p. 317.

Difficilis est adgnitu, quisquiliarum similis. Cauliculi longitudinem aliquam habent, paucarum linearum, toti obducti cinerea, tenera, scobe; ramis paucis & brevibus, acutis. Iis abunde insident scuta nigerrima, exigua, perfecte rotunda, plana aut nonnihil conveva.

- *2027. LICHEN friabilis, obtuse lobatus, scutellis fuscis. †
Ad terram glareofam latos cespites facit, v. gr. à la Grande Eau bey Aelen. Inter Rickenau & Chur. A l'isle de Mondenis, au Tombey.
Pulposa farinacea, minus dura natura, foliols in extremo cespite planis, latis, subrotundis. Scutellæ planissimæ, ex rubro spadiceæ, nitentes, grandiusculæ.

- *2028. LICHEN foliis pulposis, calcariis, glauco polline villosis, scutellis atris. †
An *Lichen cruylaceus saxatilis farinaceus, verrucosus, alpinus, mollissimus, receptaculis florum nigricantibus majoribus, per oras tenuissime striatis* MICHELI obs. 34. n. 18.
Ad rupes au Furet In rupibus prati Brükmatt prope Interlachen. Etiam circa Ferrieres. Singularis pulchritudinis Lichen niveus, cum subcæruleo colore, qualis in lacte est, qui color a tenero villo fit, durissimus cæterum, natura ipsa nigra, quæ per alborem pellucet. Frons tota fit subrotundis quasi fungis imbricatis, crassis, qui in extimo cespite in undulatam foliaceam naturam confluunt. Scutellæ orbiculares, juniores villo albo tectæ, maturæ calvæ, & nigrae.

- *2029. LICHEN faxatilis undulatus niveus. †
In alpibus legi, ad faxum adnatum.
Eleganter undosus, niveus, levis, alterne altior & depressior, non ut prior villosus, neque glaucus, sed ex crusta tenace, concolore, compositus. Scutellas non vidi.

- *2030. LICHEN undulatus purpurascens. †
In cortice arborum.
Elegans planta purpurea, in ligneum languens, crassula, alternis undis inæqualis, perpetua tamen & coriacea.

- *2031. LICHEN foliis pulposis, calcariis, fuscis, imbricatis, scutellis nigris. †
Lichen alpinus glaucus, squamis crassis & brevissimis Enon. T. 47. f. 3. DILLEN. Sylv. p. 228. t. 30. f. 134.
Lichen pulmonarius faxatilis viridis, clypeatus, foliis vix conspicuis, squamis sibi incunctibibus, receptaculis florum nigris MICHELI l. c. n. 4. f. 4. t. 36. obs. 36.
Non rarus in subalpinis, Interlaci, aux Plans, en Chapuis, Enzeindaz, &c.
Singulari plantæ folia pulposa, crassa, hemisphærica, sublapidea, fusca & fuliginosa, nonnunquam cum obscuro virore admisto, subtus fulva, pene cinnamonæ. Ejusmodi folia Agaricorum exiguum similia sibi imbricata inponuntur. Per superficiem pallidum globuli nigri sparguntur, & abeunt in scutellas nigras, planasque.
Nimum vicinus priori 2028, et si calariis & rotundis squamis fit.

VIII. LICHENES GELATINOSI. NOSTOCH.

Hæc classis tremula fere folia habet, potissimum post pluvias, nam iidem Lichenes sicci exarescunt, & in membranas friabiles abeunt. Difficillimi sunt, & quam maxime variabiles, cum frondes interiores cespitis latæ, & subrotundæ, extimi divisæ & subdivisæ esse soleant, ut sæpe ejusdem cespitis partem intimam & extimam, pro diversissimis plantis habeas, si separarentur. Quare suspicor, DILLENII nimis numerosos esse Lichenes. Sed etiam color alias est & alias, & ex virore in fuscum, atrumque demum colorem degenerat. LINNÆUS aliquos hujus ordinis Lichenes ad Tremellas refert, sed cum Lichenibus per scutellas retinentur, quæ in plusculis speciebus reperiuntur.

- *2032. LICHEN atro cœruleus, laciniatus & ciliatus.
Lichen terrestris minimus fuscus VAILLANT. t. 20. f. 15.
Muscofungus terrestris minor fuscus, foliis e latitudine crenatis, Musco innascens HIST. OXON. III. p. 632. f. XV. t. 7. f. 4.
Lichen terrestris membranaceus mollior fuscus, receptaculis florum sordide rubris perexiguis MICHELI p. 76. t. 38.

Lichenoides

Lichenoides pellucidum, Endivie foliis tenuibus, crissis DILLEN. p. 143. t. 18. f. 31.
Tremella frondibus erectis planis, margine criso, lacinulato LINN. p. 1625.

In sylva supra Ostermundigen, in sylva supra Sedelbach, Musco intextus. Circa torrentem l'Eau froide. In valle Frenieres.

Non vere gelatinosus est, nisi in humidis, colore schisti, sive ex cæruleo livente, caulinulis latiusculis, planis, aut concavis, acute & breviter laciati, ramulis demum fere ciliorum similibus. In centro cespitis laciæ creberrimæ, erectæ, tenerimæ, in crispum vellus consentiant.

β. Foliis tenuius divisis γ).

Lichenoides tenuissimum crissum & veluti acideatum DILLEN. p. 146. t. 19. f. 35.

γ. Foliolis subrectis & stipatis.

Lichenoides tenerum, crissum, foliis exiguis subrectis DILLEN. p. 146. t. 19. f. 34.

δ. Foliis obtusioribus & latioribus, semper ex colore suo adgnoscendus.

Lichenoides pellucidum, Endivie folio suujo DILLEN. p. 145. t. 19. f. 32.

Nam omnes, etiam ex DILLENII dono, coram video.

*2033. LICHEN nigerrimus sessilis, obtuse lobatus. †

In corticibus arborum.

Ad gelatinosos hactenus accedit. Tenuissimus, charta non crassior, sessilis, late per corticem maculas ax atro spadiceas occupat. Subtus concolor & perinde levis. Lobii obtusissimi & subrotundi.

*2034. LICHEN albidus, laciatus, lobis acutis. †

Tremella terrestris cornuta DILLEN. p. 52. t. 10. f. 13.

Semel visus, in alveo fontis.

Satis adfinis paulo priori 2032. etiam planus, acute & difformiter incisus, papiri tenuitate; non vero perinde quasi ciliatus, denique cespito.

β. Noctoch candidans, arboribus adnascens VAILLANT. p. 88.

Cl. GAGNEBIN à la Ferriere legat, mihi ignotum.

*2035. LICHEN acute laciatus, crispus, schisteus, scutellis ex fusco rubentibus. †

Lichen saxatilis & cæruleo nigricans, crissus EMM. n. 89. t. 47. f. 5.

An *Lichenoides pellucidum fuscum*, corniculatum DILLEN. p. 143. t. 19. f. 30? Non recedit.

In muris Tiguri, & alibi. In axis der Brückmatte prope Interlachen.

Ex cæruleo nigricat, saturatius, quam prior 2032. Folia latiuscula, sed crispata, ut rami in diversis planis ponantur, fine latiusculo, obtuso & rotundo. Scutellæ ex fusco rubentes, ad origines ultimorum ramulorum.

*2036. LICHEN gelatinosus viridis, exasperatus, undique concolor. †

Lichen pulmonarius gelatinosus crassus, atrovirens, receptaculis florum concoloribus, per siccitatem atro ferrugineis MICHELI p. 87. n. 2.

Lichenoides gelatinosum, lobis crassioribus, fuscoviridibus DILLEN. p. 138. t. 19. f. 22.

Circa Passe, les Pians, &c.

Color lætius viridis, etiam pulcherrime ex cæruleo virens; perinde ut in 2032. obtusi lobii; sed planiora longe folia & Jungermanniarum similia, quæ Marsileæ MICHELI. Superficies superior alias glaberrima, potissimum in cærulea specie, alias concolore villo undique aspera: is villus in acervos & glebulas coit, scutellarum æmulas, veras vero scutellas non vidi. Subtus concolor est & levis.

*2037. LICHEN gelatinosus, membranaceus, exasperatus, convolutus, atroviridis, scutellis rubris. †

Lichen saxatilis, nigricans, lactucæ folio BUXBAUM. Centur. I. p. 41. t. 61. f. 3.

Lichen pulmonarius membranaceus, gelatinosus, pullus, in latiora segmenta divisus, receptaculis florum exiguis, obscure rubris, numero fijinis MICHELI p. 87. ob. 16. n. 1. &c.

Lichenoides gelatinosum, membranaceum, tenui, nigricans DILLEN. p. 138. t. 19. f. 20. icon comprehensa.

Frequens ad ligna sicca sepium ex asperibus factarum, & ad arbores.

Crustæ per ampleæ, membranaceæ, intestini forma & nubium, extremis oris divisis, crispis, densissime congestis, fere ut in Lichene sulfureo alpino 1977, colore ex atro viridi.

A a 2

viridi.

γ) Emend. III. n. 21.

viridi. Tota superficies polline seminali scabra est. In imo laminarum concavatum alveo scutellæ frequentes, planæ, albæ, niveæ, ora crenata subviridi, deinde obscure rubræ frequentes. Per pluvias hæc omnia gelatinosa sunt, & per siccitatem in naturam chartæ ustulatæ transeunt.

β. *Lichenoides gelatinosum atrovirens*, *crispum* & *rugosum* DILLEN. p. 139. t. 19. f. 23. habeo pro extremo plantæ crispoque cespite.

*2038. LICHEN gelatinosus niger, undosus & crispus. †

An *Lichen terrestris membranaceus*, *gelatinosus*, & *fuscovirescens*, *crispus* & *rugosus* MICHELI p. 88. n. 10?

Lichen arboreus membranaceus, *nigricans* BUXBAUM. Comm. Acad. Petrop. T. III. p. 273. t. 14. f. 3.

An *Tremella arborea nigricans minus pinguis* & *fugax* DILLEN. p. 54. t. 10. n. 15?

Minime rarus ad terram, locis macilents.

Totæ crustæ nubiformes, plicatæ, & undulatæ, non planæ, nigerrimæ, crassæ, pulposæ, per pluvias gelatinosæ, nunquam membranaceæ. Receptacula nulla vidi, neque villum habet.

*2039. LICHEN gelatinosus ramosus, laciniatus, scutellis rubris. †

Lichen pulmonarius gelatinosus, *saxatilis*, *mediae crassitici*, *atrovirens*, *foliis carinatis angustioribus*, *Jacobeæ marinae in modum divisis*, *receptaculis flororum subrubris* MICHELI p. 88. n. 14. & n. 13.

Lichenoides gelatinosum fuscum, *Jacobeæ maritimæ divisura* DILLEN. p. 140. t. 19. f. 25.

Ad terram frequens, ut in semita cava a Wabern ducente ad villam der Spiegel. An der grossen Schanze. Rupe à l'Eau froide, aux Ecots, circa Panex, in valle Frenieres. Multo magis gelatinosus quam priores Lichenes, tremula & carnea natura, qualis est in *Peziza*, nihil habens membranacei; sed multo magis organicus, quam paucus prior, laciniis longis, ramosis, etiam ramis ramosis, ultimis lobulis rotunde incisis se spargit. Scutellæ frequentes, atrorubræ, excavatæ, etiam ita congestæ, ut totam plantam tegant, & in continuam crustam coalescant.

β. Reperi minimum, viridissimum, obtusis ramis bifidis & trifidis, neque porro divisus. Hic fuerit *Lichenoides gelatinosum*, *foliis imbricatis* & *crispa* DILLEN. p. 140. t. 19. f. 26.

Lichen foliis imbricatis, *dentato ciliatis*, *scutellis folio majoribus* LINN. p. 1010.

*2040. LICHEN niger undatus, crustaceus. †

Agarici similis, gelatinosus, obtusis tuberculis continuam in superficiem, in terra tantem, coalescit, multo, quam præcedens, simplicior.

2041. LICHEN gelatinosus, plicatus, undulatus, laciniis crispatis granulosis.

Linkia terrestris gelatinosa, *membranacea*, *vulgarissime ex pallido* & *virescente fulva* MICHELI p. 126. t. 67. f. 1.

Noftoch GEOFROI Mem. de l'Acad. des Sciences ann. 1708. REAUMUR. ibid. ann. 1722.

Tremella terrestris sinuosa, *pinguis* & *fugax* DILLEN. Sylv. p. 52. t. 10. f. 14.

Tremella plicata undulata LINN. p. 1625.

In gramineis circa Bernam, in ambulacris glareæ stratis, & in glareofis ad ripas v. gr. ad lacus Lemani litus prope Villeneuve, maxima copia.

Effossa terra reperias glebas tremulas, viridissimas, triquetras, hedris excavatas. Ejusmodi glebae congestæ inter Muscos & Gramina natant, inque intestinorum quasi acervum plicatum, undulatum, non cavum abeunt. Intra plicas glebulæ concolores abunde reperiuntur, quas pro seminibus Cl. Viri habuerunt, cum fatæ provenirent, ego malim pro gemmarum specie habere, quales sunt in Polypo. Per siccitatem contrahitur, & abit in crustam nigrescentem, fimi fere similem. Quare, ob sumam adfinitatem habitus, nolui a Lichenibus gelatinosis separare.

Nescio, quare in hac plantula Alchemistæ aliquid mirificum, & menstruum v) auri quæsiverint, & adhuc dum querant. Forte quod post pluvias, ex arida palea suscitata, subito in conspectum se efferat; nomen inde *Floris cali* nausta. Igne subiecto acria, alcalinæ volatilis x) naturæ, elementa edit, etiam salem volatilē siccum, & sponte sibi relicta putreficit. Sed etiam pro vulneraria habetur y), & aqua, quæ post diuturnam trium mensium fermentationem de hac plantula stillavit, pro remedio adversus dolores articulares laudatur z).

II. LICHENES

v) Conf. FLCHAT. voyag. T. I. x) GEOFROI. Du HAMEL. Hist. Acad. p. 166. y) GEOFROI.

z) MARSIGLI de Fung. p. 104. CNOEFFEL. Epb. Nat. Cur. Cent. I. obs. 67. append. p. 684.

IX. LICHENES SCUTELLATI CRUSTACEI HERPETES.

His, foliorum loco, glebae farinosae tartareae aut verrucosae, in crustam coalescant.

I. FUNGULIS PETIOLATIS.

- *2042. LICHEN crusta tenace verrucosa, albida, fungis incarnatis.

Lichen granulosus incarnatus, seu non vescus LOESEL. p. 57.

Funguli incarnati coloris, minuti, Musco immati MENZEL. pugill. rar. T. VI.

Lichen crustaceus terrestris, crusta granulosa, ex albo subcinerea, receptaculis florum rotundis, carneis, pediculo insidentibus MICHELI p. 100. t. 50.

Coralloides fungiforme carneum, basi lignosa DILLEN. Sylv. p. 76. t. 14. f. 1.

Lichen leprosus candidus, tuberculatus incarnatus LINN. p. 1608.

Passim circa Bernam. In semita cava, qua a Wabern adscenditur ad villam der Spiegel.

In sylva Graubolz. J. GESNER circa S. Gallen & Bischofscelle. Um den Gurnigel.

In paludosis Chaux d'Abelle & Chaux des Brenleux.

Terram macilentam obducit crusta tenera, ex glebulis calcariis minimis, inconspicuis, aliisque majoribus composita globulis, rotundis & albis. Glebulæ majores excrecent in fungulos cylindricos, subrubellos, qui capitula dilute rosea, calcaria, & rotunda gerunt.

- *2043. LICHEN crusta tenace verrucosa, fungis fuscis. †

Lichen crustaceus terrestris, crusta granulosa, ex albo subcinerea, receptaculis florum rotundis fuscis, pediculo insidentibus MICHELI p. 100. n. 2.

Coralloides fungiforme fuscum, basi foliacea DILLEN. p. 77. t. 14. f. 2.

Bernæ ad viam e villa die Luzern versus stagnum sylvæ der Sedelbach. In rupibus fabulosis ad dextra viæ per Graubolz.

Multa prioris, glebulæ tamen majores, fungi minus rotundi, difformes, absque splendore fusti. Crustam foliolis fieri DILLENIUS. Sed ea folia potius aliena puto, quæ Lichen noster sua crusta obduxerit.

II. SCUTELLATI.

- *2044. LICHEN crusta tartarea verrucosa, cinerea, scutellis carneis planissimis. †

Lichen crustaceus, alpinus, lignis putridis adnascens, glaucus, receptaculis florum carneis & tumentibus MICHELI p. 98. n. 38.

In arboribus putridis Juræ, alpium, & sylvæ Hercyniæ. Prope Bernam, ad dextræ viæ per sylvam Sedelbach, um den Gurnigel. A Ferriere.

Crusta glauca, glebulis exiguis, pene pulverulentis. Scutellæ planæ, aut levissime concavæ, orbicularis, carneæ, sessiles, aut levissime de crusta eminentes.

2045. LICHEN crusta olivacea verrucosa, scutellis rubris ferratis. †

In arborum radicibus.

Crusta ovata adhæret, parum determinata, lobata, plana, exiguis ramulis. Scutellæ numerosæ, grandes, concolores, etiam sanguineæ, oris ferratis.

- *2046. LICHEN crusta farinacea, verrucosa, glauca, scutellis flavis planissimis. †

Crusta farinacea, glebosa, non cohærens, glauca. Scuta planissima flava, ora alba.

In vallo Urbano ad terram.

- *2047. LICHEN crusta farinosa, scutellis sordide rufis planissimis. †

Lichen crustaceus, farinaceus, arboribus adnascens, verrucosus, candidus, receptaculis florum rufescens MICHELI p. 96. n. 2. Alios huc revocat DILLENIUS.

Ad arbores & lapides fabulosos.

Crusta multo tenerior, mere farinosa. Scutellæ exiguae margo albus, natura plana; tenuis, sordide rufa; denique per maturitatem nigrae sunt, adeo confertæ, ut maturi Lichenis totam crustam tegant.

Varietatem totam luteam habeo.

- *2048. LICHEN verrucosus tenax, albus, scutellis excavatis, marginatis, concoloribus. †

Lichenoides leprosum tinctorium, scutellis lapidum cancri figura DILLEN. p. 130. t. 18. f. 10.

Ob scutellas.

B b

Bernæ

Bernæ ad arbores legi. GESNERUS etiam ex alpibus misit.
Pulchellus, coriaceus, tenax, verrucis albis aut ochroleucis fit, in crustam coalescentibus. Scutellæ magnæ, lèpe ovatæ, excavatæ, margine tumente, concolores, aut ochroleucæ.

- *2049. LICHEN crusta tenace, verrucosa, cinerea, scutellis rufis, marginatis.
Lichen crustaceus, arboribus adnascens, ex cinereo albicans, receptaculis floriorum rubris, subfuscis, limbo albo crenato cinctis MICHELI p. 97. n. 29.
Lichenoides crustaceum, leprosum, scutellis subfuscis DILLEN. p. 134. t. 18. f. 16. ob tenuem crustam, scutellarumque limbum album & crenatum.
Lichen crustaceus albicans, scutellis subfuscis, margine cinereo subcrenato LINN. p. 1609.

Crusta, quam priori, multo crassior, verrucosa. Scutellæ pariter copiosissimæ, quibus perpetuum est, habere oram tumentem, albam, crenatam ceterum, & non crenatam, rufam in tenera planta, denique fuscam. Eadem multo crassiores sunt.

- *2050. LICHEN crustaceus tartareus, glaucus, scutis difformibus planis, ruberrimis. +
Lichen crustaceus verrucosus, cinereus, scutellis ruberrimis RUPP. p. 379.
In rupibus alpium, & sylvæ Hercyniæ.
Crusta calcaria verrucosa, tenera, cinerea, elegans. Scuta ruberrima, iniquæ figuræ, varia, & difformia, plana.

- *2051. LICHEN crusta tenace alba, scutellis sessilibus atris *Enum. t. 47. f. 6. n. 113.* +
An *Lichen crustaceus Musco plerumque innascens, polline cinereo veluti conflatus, receptaculis floriorum nigris* MICHELI p. 94. n. 91?
Annon *Lichenoides tartareum farinaceum, scutellarum umbone fuscum* DILLEN. p. 132. n. 12.
Circa Interlachen, & versus rupes glaciales Zweylütschinæ, au Tombey, inter Aelen & Verchier. Versus Yvorne. Circa les Plans.
Crusta coriacea, verrucosa, tenax, albida, glebulis facta subrotundis, quæ non raro semi-nali polline efflorescunt, sessiles, ut nonnunquam, dum juniores, quasi in pulpam crassiusculæ crustæ immersæ videantur. Scutellæ nigrae planæ, ora alba, maturæ se efferunt. Si planta est DILLENII, pulchre a) rubro colore tingit. Debet sicca tempestate legi, conteri, supernatans pars tenuior colligi, siccari, in urina per tres menses macerari, tunc cum filo, aut panno coqui b).

- *2052. LICHEN ater, crustaceus, scutis inferne excavatis. +
Peculiarem plantam dudum inter meas haberi, locus excidit.
Crusta est Agarici similis, nigra, late effusa, tuberculis obtusis & planiusculis inæqualis. Inferne adparet cervina superficies, plena rotundis foveis, quæ superne tubercula illa faciunt. Ex foveæ nigra materie planæ sunt, qualis est in Lichenibus carbonariis ordinis decimi.

- *2053. LICHEN crusta verrucosa, areis polygoniis punctiferis. +
Lichen crustaceus verrucosus; alpinus, arboribus adnascens, cinereus, receptaculis floriorum rufescens MICHELI p. 95. obs. 32. t. 52.
Lichenoides verrucosum a) *rugosum, cinereum, glabrum* DILLEN. p. 128. t. 18. f. 9.
Ad faxa, circa Interlachen, & ad arbores.
Totus verrucosus, rimosus & concolor, alias cinereus, alias fuscus. In areolis rimarum punctum nigrum adparet unum in una areola, vel duo: id paulatim increvit, donec abeat in mammillam convexam, denique in scutellam atram, marginatam, margine cinereo, quæ totam aream occupat.

- *2054. LICHEN crusta verrucosa tenace, fusca, scutis spadiceis nitidis. +
Lichenoides tartareum lividum, scutellis rufis, margine exili DILLEN. p. 133. t. 18. f. 14.
In muris & faxis.

Verrucosus est, crassus, hactenus adfinis 2053. sed diversus. Glebulæ multo majorem partem cespitis faciunt, absque scutellis, etiam folæ, inæquales eæ, verrucosæ, magnæ, rotundæ, fuscae, Coffea colore. Scuta plana, etiam difformia, cum splendore spadicea, demum nigra, plana, ora non tumente, albicante. Rimas prioris & areas non habet. A proximo scutellis planissimis, glebisque differt majoribus.

2055. LICHEN

a) K. wetensk. Acad. handl. 1745. p. 245. LINN. wästgot. ref. p. 147.
b) KALM. ref. p. 145. LINDEB. färgakonst p. 45. 46.

*2055. LICHEN crusta tenui farinosa, rimososa, punctata, scutellis atris. †

a. Scutellis solitariis *Enum. n. 119.* Huc figura MICHELI ord. 37. n. 21. t. 54. f. 3. 7. 8. cui nomen facit *Lichen Agarici terrestris scutatus, albi*, hanc certe varietatem satis exprimit. Annon *Lichen crustaceus minimus valde rimosus, rimis & inferiori parte pullus; defuper, diu recens est, luteo viridis, per siccitatem fuscus, receptaculis florium nigris EJUSD.*

b. Scutellis & crusta conjunctis.

Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, rimosus & veluti tessellatus, ex cinereo albicans, vulgarissimus, receptaculis florium nigris MICHELI p. 103. n. 20. t. 54. f. 7.

Aliqua similia habet cum 2053. rimosam naturam, glebulasque punctatas, etiam scutellas nigras. Sed differt, quod absque verrucosa crusta mere farinaceus, tenuis, lapidi accurate adnatus sit, areæque, sive insulæ, planissimæ vix de lapide se effarent. In *a.* scutellæ mere rotundæ sunt, margine albo. In *b.* areæ sunt polygonæ, in quibus lente vitrea adhibita puncta aliquot nigra distinguas, quæ sunt futurorum scutellaum rudimenta. In *y.* & receptacula matura sunt, & crusta adeo polygonia. Color crustæ constanter dilute cinereus. Scutellæ ex schisti colore nigrae, ora alba.

*2056. LICHEN crusta glauca, verrucosa, tenace. †

Lichen crustaceus & saxatilis verrucosus, cinereus, receptaculis florium nigricantibus MICHELI p. 96. n. 8.

Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellis nigricantibus majoribus & minoribus, DILLEN. p. 133. t. 18. f. 15.

In parietinis ad calcem.

Crusta verrucosa, alba & glauca, inæqualis, coriacea & tenax. Scutellæ magnæ, nigrae, ora alba.

*2057. LICHEN sessilis, scutellis fordide virentibus, oris albis. †

Adfinis priori, planus, scutellis fordide olivaceis, oris albis.

*2058. LICHEN saxatilis, crusta verrucosa flava, scutellis concoloribus *Emend. III. n. 24.* †

In duro marmore prope Tvorne.

Crustæ late saxum tegunt, etiam ad pedis diametrum; verrucæ non dense, neque continuæ; scuta tertiam partem lineæ lata & ultra.

*2059. LICHEN inseparabilis, reticulatus, cinereus, scutellis nigris minutissimis. †

Minimus, crustas facit rotundas, filices obducentis. Oculo nudo vix distinguas, nisi cinereum maculam; lente vero vitrea adhibita, areæ adparent polygonæ, fordide cinereæ, rimulis circumscriptæ. In qualibet area multæ scutellæ minutissimæ & nigrae.

*2060. LICHEN crusta tartarea albissima, scutellis nigris, marginatis. †

In duro lapide.

Crusta farinacea, tenera, verrucis minimis, albissimis, sœpe inconspicuis. In ea scuta ex schisteo nigra, oris albis. A Lichene f. 15. DILLENII differt tenuitate crustæ, scutellis minoribus, non atris.

*2061. LICHEN crusta tartarea albissima, scutellis nigris. †

In lateribus axisque.

Crusta farinacea tenera, albissima, glebulis absque vitro augente non conspicuis, rimulis sœpe distinctis, quæ a paulo priori absunt. Scutellæ perexiguæ, nigerrimæ, paullum convexæ, perfecte orbiculares, absque ora alba, quæ præcedenti cavæ & ora alba cinctæ.

*2062. LICHEN crusta farinacea inseparabili, cinerea, scutis nigerrimis confertis. †

In faxi.

Crusta cinerea subfuscata, tenerrima, & a faxo inseparabili, rimis vix nisi lentis vitreas opere conspicuis distincta. Scuta paulo prioris Lichenis scutis satis similia, plana, eminentia, aterrima, hic adeo conferta, ut totam crustam obscurant.

2063. LICHEN crusta inseparabili flava, scutellis nigris confluentibus.

Lichen crustaceus saxatilis luteus, nigris lineis variis MICHELI p. 97. n. 19.

Lichenoides nigro flavum, tabulae geographice instar pietan DILLEN. p. 126. t. 18. f. 5.
Lichen leprosus flavescens, lineolis nigris, mappam referens LINN. p. 1607.

Frequens ad saxa angulosa per agros sparsa, Wacken.

Obiter inspecta crusta lapidi appressa, inseparabilis, late saxum tegit, & aliquam rudem similitudinem habet coloratae superficie, per quam rotundæ vicorum notæ sparguntur. Accuratius vero inspecta, fit scutulis flavis, plerumque polygonis, planis & glabris; inter quæ copiolissimæ sparguntur scutellæ nigræ rotundæ, ovales, etiam difformes, margine elevato, cavæ, undique verrucosæ. Eæ scutellæ non raro in lineolas nigras continuantur.

*2064. LICHEN crusta inseparabili farinosa, cinerea, villosa, scutellis atris. †

In axis arenosis.

Paulo priori satis similis, crusta nigra, inseparabili, farinosa, glebis vix conspicuis. In ea crusta scutellæ nigræ, ut in prioribus, planae aut modice tumentes. Inter eas scutellas tota crusta polline cinereo efflorescit, qua nota facile a congeneribus separatur.

*2065. LICHEN crusta farinacea virescente, scutellis atris. †

An *Lichen crustaceus lateribus adiascens*, *crusta tenuiori*, *fusco virescente*, *receptaculis florior nigris* MICHELI obs. 34 n. 38?

Lichenoides leprosum, *crusta cinereo virescente*, *tuberculis nigerrimiis* DILLEN. p. 126. t. 18. f. 3.

Frequentissimus in ligno putrido.

Maculatae latae, farinaceæ, glebofæ, glebulis subrotundis, rima distinctis. Scuta, ut in prioribus, frequentia, nigra, perexigua, plana, sed etiam cava, & convexa & pediculata, fere ut Pezizæ.

*2066. LICHEN crusta verrucosa cinerea, scutellis nigerrimiis planis. †

In arborum cortice crusta ex verrucis parum cohaerentibus facta, quibus scutellæ nigrae non agminatae innatant.

*2067. LICHEN crusta tenerima, scutellis hemisphaericis viridibus Emend. IV. n. 27. †

Etiam in putrescente ligno.

Crusta cinerea, tenuis, farinosa. De ea frequentia hemisphaeria efflorescunt, undique hirta, tuberculosa, fature viridia, polline adspersa.

*2068. LICHEN crusta colliculosa, nigricante. †

In cortice.

Differit a prioribus. Asperam pellem asini Chagrin refert, ex subviridi nigram, totam plenam tuberculis conicis, depresso, subrugosis, concoloribus. Flavus brevissimus villosus paullus intercedit.

*2069. LICHEN crusta farinosa, tenuissima, albida, scutellis nigris. †

In corticibus arborum.

Crusta tenerime farinosa, aegre visibilis, albicans. Scutellæ planæ, nigerrimæ, ut in priori 2066, sed minores, confertæ aut sparsæ.

*2070. LICHEN crusta tenuissima, cinerea, scutellis fuscis. †

Lichenoides leprosum, *tuberculis fuscis* & *ferrugineis* DILLEN. p. 126. t. 18. f. 4.

Ad arborum cortices.

Scutellæ ex violaceis fuscae, caetera similia.

*2071. LICHEN crusta tenuissima, scutellis hemisphaericis, albo polline efflorescentibus. †

In arborum corticibus.

*2072. LICHEN crusta tenerima farinosa alba, punctis atris notata. †

In arborum cortice.

Crusta nivea, sed tenuissima, vix nisi colore suo conspicua. Scutellæ punctis non magis, nigerrimæ, ad lentem vitream anulares.

2073. LICHEN

*2073. LICHEN crusta tenuissima, inseparabili, subcarnea, scutellis sanguineis subhirsutis. †

In marmore rubro *Rupe.*

Crusta tenuissima, subcarnea, pallens, latus faciens maculas. Scuta minima sanguinei coloris, rotunda, hirsuta, si lens vitrea adhibita fuerit.

*2074. LICHEN crusta miniata tenuissima, inseparabili, scutellis flavis marginatis *Emend. III.*
n. 26. †

Ad rupes de la *Marbrière Rupe.*

Scutellæ flavae, grandes, planæ aut concavæ, oris revolutis, in juniori planta albis, in adulta concoloribus.

*2075. LICHEN crusta nigerrima verrucosa, papillis maximis flavis. †

In faxo arenoso.

Crusta nigra verrucosa, aspera. Scutellæ maximæ, semilineam latæ, hemisphæricæ, subasperæ.

*2076. LICHEN scutis in saxum inmersis nigris. †

Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, ex albo subcinereus, receptaculis florum exiguis, concavis & nigricantibus, ac in substantia lapidis veluti defixis MICHELI p. 97. n. 21. conf. SCOPOLI p. 84.

In durissimo lapide.

Macula alba, etiam rubella. Lapis plenus scrobibus, in quibus minimæ, subrotundæ scutellæ. Ea scuta etiam absque conspicua crusta in lapidis scrobibus vidi.

*2077. LICHEN subrubellus, minimus, scutis in saxum inmersis. †

Lichenoides punctatum & rugosum nigrum DILLEN. p. 125. t. 18. f. 2.

Lichen leprosus albicans, lineolis simplicibus, punctisque nigris consertis LINN. p. 1607.

In durissimo lapide conf. SCOPOLI I. c.

Scutellæ hemisphæricæ, in quibus quasi anulus calcarius rubellus, crenatus, qui in scutellam abit concolorem, margine tumente, in rosulæ speciem laciniato.

2078. LICHEN scutellis flavis, lapidi immersis. †

Abunde in duris faxis.

2079. LICHEN de rimis efflorescens, bivalvis, ater, characteristicus.

Multiformis plantula, a MICHELIO mire multiplicata habetur.

Est *Lichenoides crusta tenuissima, peregrinis veluti litteris inscripta DILLEN. t. 18. f. 1. p. 125.*

Lichen leprosus albicans, lineolis nigris ramosis, characteriformibus LINN. p. 1606.

Commune est omnibus, de fissuris minimis albi corticis arborum nigerrimam & asperam crustam emergere, quæ utrumque rimæ labium occupat. Oblongæ cum sint, si cum aliis sui similibus, ad varios angulos coiverint, aliquid faciunt literarum orientalium umile.

α. Seniovalis, labiis retorridis MICHELI ta 54 f. 2.

β. Planiori rima, & minus profunda EJUSD. ord. 37. n. 8.

γ. Simplicibus lineis & punctis mixtus.

δ. Incurva rima MICHELI ibid. n. 6.

ε. Ramosior & polymorphos ibid. u. 9. Satis adfinis literatum Chinensium.

*2080. LICHEN stigmaticus, scutellis atris. †

In cortice etiam arborum.

Ex adfinitate priorum 2079.

In cortice depressæ scrobes frequentes excavantur, ut in facie variolosa, aut in cutæ stigmatibus notata. In ejusmodi aliquot lineas lata scroba cinereum crustam video, inque ea perminutas scutellas nigras, de ejusmodi ordinis indole.

X. CRUSTACEI

C c

X. CRUSTACEI

SCUTELLIS HACTENUS INCONSPICUIS. LEPRÆ.

Hæc ultima classis proprius ad Byssos accedit, hactenus diversa, quod Byssi filamenta pro elementis habeant, Lichenes glebulas; duriores etiam fere semper, colorisque sui magis tenaces sint.

- *2081. LICHEN crustaceus faxatilis, omnium minimus, niger. †
Annon *Byssus pulverulentus*, ater LINN?

Hic Lichen est, qui lapides de cotis genere, in facie cardinem Mundi spectante defotmat, a quo pluviae solent venire. Albissimi enim sunt lapides, quando primum ab artifice politi, humorem a lapidicina adlatum exhalarunt. Idem paucos post annos, nobis qua austrum & occasum spectant, toti denigrantur. Maculæ sunt nigricantes, quæ latissime per cinereum lapidem regnant. Lente vitrea inspectæ ostendunt agmen glebulatum atrarum, absque splendore, rotundarum, aut informium.

- *2082. LICHEN minimus, atro cinereus, villosus. †
In ligno crusta nigerrima adparet, subaspera & quasi verrucosa. Lente vitrea adhæbita eadem hemisphæriis nigerrimis sit, arcte congestis, & villo concolore undique exasperatis.

- *2083. LICHEN nigerrimus asper. †
An *Lichenoides punctatum* & *rugosum nigrum* DILLEN. p. 125. t. 18. f. 2?
De cortice coni acuti, asperi, undique adscendunt, dense stipati, ad lineam longi, non veri villi.

- *2084. LICHEN crusta aterrima, continua, glebulis subrotundis. †
In arborum corticibus.
A. Lichene nigro vetustorum lapidum differt glebulis subrotundis nigris, per superficiem sparsis.

- *2085. LICHEN archipelagius. †
In lapide de cotis genere sunt insulæ nigræ, ad lentem vitream subasperæ, angulofæ, mole & figura varia.

2086. LICHEN verrucosus, crustaceus, albus, orbiculis villosis concoloribus.
Lichen crustaceus, *arboribus adnascens*, *farinaceus*, *albus*, *superficie in acetabulis pulverulentis* fere efflorescente MICHELI p. 99. n. 54.
Lichenoides candidum & *farinaceum*, *scutellis fere planis* DILLEN. p. 131. t. 18. f. 11. sed scutellas nondum vidi.
Lichen leprosus albus, *tuberculis albis farinaceis* LINN. skonska resa p. 59. Spec. II. p. 1608.
Ad arbores frequens, late rimosum corticem occupat.
Crusta farinacea, alba, crassiuscula, glebulis facta minutis. Per eam creberrimi orbiculi feminalium villorum undique efflorescunt. Vides hujus ordinis cum Byssorum nexum.

- *2087. LICHEN verrucosus, cinereus, orbiculis villosis flavescentibus. †
In ligno putrido.
Huic crusta minus conspicua, cinerea est, obscura, orbiculi perinde frequentes & farinosi villosique, flavescentes, etiam difformis figuræ.

- *2088. LICHEN crustaceus tenax, verrucosus, subcinereus. †
In subalpinis.
Aliqua est adfinitas cum Lichene 2053. Crusta nempe fatis tenax, inæqualitates soli & Muscorum sequitur, colliculosa, inæqualis & continua. Glebulæ subrotundæ, majores, minoresque, absque scutellis, paucim villis cinereis efflorescunt.

2089. LICHEN crustaceus, verrucosus, viridis.
Byssus botryoides saturate virens DILLEN. Sylv. p. 3. t. 1. f. 5.
Byssus pulverulenta viridis LINN. p. 1639.

In cavis

In cavis muris, testis, saxis.

Crusta continua, omnes suæ scrobis recessus vestiens, subaspera, glebosa, colore pulcherrime viridi; alias viride æris coloris provocante, alias cum admista flavedine. Lente vitrea adhibita putes Te obscuriuscula filamenta videre, simplicia, & ramosa, arbuscularum similia hibernarum. Sed eæ possunt exiguae inæqualitates calcis esse, crusta obductæ.

*2090. LICHEN Iridis odore, crustaceus, ruberrimus, siccitate pallescens.

Muscus Violæ odore AGRICOLÆ nat. fossil. L. L. p. 170.

Jolithos, seu lapis violaceus SCHWENKFELD. fossil. Siles. p. 382. Hirschberg bad. p. 181.

Lapis violaceus sylva Hercyniae BRUKMAN. Script. propr. & Epistol. Cent. II. p. 170.

Byssus Germanica minima saxatilis, aurea, violam spirans, MICHELI nov. gener. p. 210. t. 89. f. 3.

Byssus pulverulenta sanguinea, saxis immascens LINN. p. 1638.

Ex Lithanthrace enata juxta Granitem lapidem J. GESNER. ultra Altdorf in via ad Steg, & in valle Todtmoos beatissimæ Virginis LANGIUS lap. figurat. Helvet. p. 12. Ex sylva Martia (Schwarzwald) haud longe Scaphusia, circa S Blaß WEPFER. cicut. p. 13. Magna copia legi in saxis per sylvas paludosas inter Oderbrücke & Andreasberg.

Crusta junior ruberrima, de duro lapide late efflorescit: per etatem vero ex luteo viret. Filamenta, dum junior est, obscurissima, neque mihi conspicua educit; & siccus mihi pulverulentus videtur. Odore est Violæ, vel Iridis, eoque durabilis, qui utique a c) Musco est, non a lapide d).

Ad morbos exanthematicos adhibetur e).

*2091. LICHEN crustaceus, rimosus, verrucosus, cinereus. †

In arborum cortice.

Asper, inæqualis, glebulis subfoliaceis factus, ut ad lentem vitream adparet, polline cinereo conspersis, rimis separatis, multo, quam 2088, tenuior.

*2092. LICHEN farinaceus mollis, villis efflorescens, albicans. †

An *Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, mollissimus, e cinereo glaucus, seminibus concoloribus undique refertus MICHELI p. 100. n. 67.*

Latas per terram crustas facit, friabilis, mollissima crusta, quæ glebulis fit exquisite farinosis, inorganicis. De centro tamen cespitis crassissimus & creberimus villas cinereus efflorescit.

*2093. LICHEN farinaceus mollis, albus, glebulis sphæricis.

Lichen crustaceus saxatilis, farinaceus, albus, globulis minutissimis undique refertus MICHELI p. 99. n. 56.

Byssus candidissima, calcis instar, Muscos vestiens DILLENI. p. 2. t. 1. f. 2.

Byssus pulverulenta, crustacea, albissima LINN. p. 1639.

Tenera, mollis, ut in priori, crusta ex albo subcinerea, non sine admisto virote.

Lente vitrea admota adparet, meris fieri glebulis, plerumque exquisite sphæricis.

2094. LICHEN farinaceus mollis, albicans, glebis formibus. †

Byssus pulverulenta incana, farina instar firata DILLENI. Sylv. p. 3. t. 1. f. 3. LINN. p. 1637.

Passim per terram, argillam nudam, Muscosque sternitur, crusta lata, parum cohærente, farinosa, friabili, glebulis modo sessilibus, modo paulum elevatis, colore albo, cinereo, glauco.

2095. LICHEN farinosus, arboreus, candidans. †

Lichen crustaceus, arboreis adnascens, neque rimosus, neque verrucosus, candidus, pulvitulo concolore adpersus MICHELI p. 99. t. 53. n. 4.

Candidissimus, tener, totus pulvitulo efflorescens, ut detergi possit, & late corticem obducit.

c) AGRICOLA. *Lithograph. p. 55.*

d) LOCHNER. t. 29. *Mus. LEDEL. Epb. Nat. Cur. Dec. II. ann. 8. obf. 28. CAMERAR. Utilit. lapid. figurat. med. p. 29. Utique inesse, nempe dari & odoratum lapidem, & odoratum Muscum Cl. ZUCKERT. Oberbara p. 29.* Nostro odoor in mutco est.

e) LINN. *Wistigota resa p. 250.*

2096. LICHEN crusta tenuissima flava.

Byssus pulverulenta flava, lignis adnascens DILLEN. *Sylv. p. 3. t. 1. f. 4.* LINS. p. 1637.
Lichen crustaceus arboribus adnascens, tenuissimus, pulverulentus, aureus, colore elegantissimo
& immutabili MICHELI p. 180. n. 69.

Ad asteres & ligna, quæ pluvio vento exponuntur, latissimas crustas facit.
 Acervi sunt informis pollinis, obque colorem immutabilem Lichenibus, quam Byssis
 magis familiarem, huc revoco
 ♂. Pallide luteus, seu ochroleucus MICHELI p. 100. n. 70.

*2097. LICHEN crusta viridissima.

Byssus lamiginaea æruginea DILLEN. p. 4. t. 1. f. 8.
 Crusta continua, granulosa potius, quam foliosa, pulcherrime viridis, ut viride ærie.

*2098. LICHEN crusta cinnabarina. †

Lichen crustaceus pulverulentus, ruber, arboribus adnascens MICHELI p. 100. n. 73.
 In Quercuum & Fagorum corticibus.
 Glomeres cinnabarini corticem ornat, glebulis inorganicis, neque in fila fictis.

*2099. LICHEN lète purpureus, latissimis crustis & tenuissimis. †

Pulchra planta latissima, etiam pedalis, ligna emortua vivida & durabili purpura pingit.
 Adeo tenera est, ut nullas in ea glebulas distinguamus.

*2100. LICHEN omnium subtilissimus, late sparsus, lète purpureus. †

Diversus a priori, penitus impalpabilis, in fungis putrefientibus crustam efficiens ele-
 gentissimam, coloris vivide rosei in kermesinum tendentis. Neque fila distinguo,
 neque glebas.

CLASSIS XVIII.